



Rebelles Macropedii fabula longe jucundissima ...

<https://hdl.handle.net/1874/342140>

REBELLES

MACROPEDEII FABV.

la longe iucūdiſſima, rudibus

adhuc & tenellis Traiect,

Etinæ ſcholæ audi-

toribus nun-

cupata,

AD TRAIECTINAM IUVEN

tutem, Macropedius.

Accipite quotquot virtutis & bonarum literarū ſtudioſi eſtis pueri mei, accipite inquam Rebelles fabulam noſtram, olim vobis dictam, & iam denuo vobis recognitam, pluſculiſq; in locis emendatam, & (vt abſolutior eſſet) ducentis ferme verſibus auctam. Legite (ſi placet) noſtra, & in re ludicra non tam aurium voluptatem & animi oblectationem, quam morum probitatem & bonarum literarum eruditionem vœnamini.

¶ Ad pueros bonarum literarum
studiosos.

Volebam iam dudum studiosi adoleſcētes nu-
gas meas, quarum nonnullas ante annos vi-
ginti teneris meis auditoribus ſcribere cēpi,
prorſus ſupprimere. Verum extimulantibus amico-
rum nonnullis, & calcographo importunius ſollici-
tante, veſtris quoq; me ſtudijs præcipue impellenti-
bus, & dere tandem coactus ſum. Miratur quidam, &
ipſe profecto doleo inter tot ſæculi noſtri viros do-
ctiſſimos, nullos Menandros, nullos Terentios repe-
riri, ſed hoc ſcribendi genus penè ab ipſis Terentijs,
aut certe Lucillij temporibus obliteratedū eſſe & an-
tiquatum, quod tamen præ cæteris ſcriptorum ge-
neribus pluris merito foret æſtimandum. Quid em̄
plus pueris ad eruditionem, plus adoleſcentibus ad
heneſta ſtudia, plus prouectioribus, immo om̄ibus
in commune ad virtutem cōducatur, quàm doctæ, Co-
mœdiæ, quæ recte ab alijs, quotidianæ vitæ ſpeculū,
ab alijs, imitatio vitæ, ſpeculum conſuetudinis, ima-
go veritatis, ab alijs *ἠθικῶν ἢ πολιτικῶν πραγ-
μάτων ἀκίνδυνος περιόχῃ* definitur. Conſide-
rauit hoc ſæculi noſtri & Germaniæ decus Ioannes
καπνίου, de om̄ibus literarum ſtudijs bene meritus,
qui præter hoc quod linguam hebraicā primus Ger-
maniæ inuexit, etiam collapsum prorſus artificium
comicum primus inſtaurauit. Is mihi primus (vt ve-
rum fatear) anſam ſcribendi dedit, is me primus exci-
tant, Si præter eū hoc poſteriori ſæculo alij ante me
ſcripſerint nescio, hoc ſcio quod alios non viderim,
ſcripſerant interea nonnulli quibus non inſœliciter
reſceſſit, alij carminis iambici legib⁹ obſeruatis, alij
minime. Maluerunt ſiquidem hi Terentium & Plau-

tum imitati, metri etiã exacta ratione neglecta, singulos ferme equaliũ temporũ cum Iambo & Spon-
 dco in singulis indifferenter locis pedes admittetes,
 quã proxime possent ad profam accedere, quã
 libertatẽ comicam metro stringere. Id quod & mi-
 hi primum faciẽdum arbitrabar, vt pleriq; versicu-
 lorum meorum propter rasuram durius cohærentiũ
 testabuntur. Verum vt carmen respõderet præceptis
 scholaſticis, & iuuentus (sicubi res postulare) syllaba-
 rum ex eo quantitates aucuparetur, lyricorũ car-
 minum legibus obtemperare studui, admissis tamen
 interim more comico omnibus quæ ad hæc rem con-
 ducere poterant, nempe synalæphis episyualæphis,
 hellenismo, ecclhlypsi, etiam interdum literæ s, atq;
 hoc genus alijs adiumentis. Ad quod me quoq; vete-
 ris comœdiæ artificium induxit, in qua lyrici carmi-
 nis leges exactius multo obseruatas, quã in noua
 deprehendimus, licet interdum Anapæstus in regione
 pari admissus sit. Accipite igitur adolescentes duas
 has (ne dicam Comœdias) fabulas nostras, Rebel-
 les, & Alutam, & in eis nõ tam aurium volupta-
 tem quã eruditionem quantulamcunq; vax-
 namini. Quod si eas vobis placuisse vide-
 ro, mox alias quatuor Aſotum Petri-
 ſcum, Andricã, Bassarum, & for-
 tasse plures paulo cultius ela-
 boratas videbitis. Valet,
 & Macropediũ vestrũ
 non secus atq; soletis
 obseruate, aut si
 id insolentius
 videtur a-
 mate.

A 2

¶ Perioche seu Argumentum in
Rebelles

Didascalum matrum per indulgentiam
Spernunt rebellantes scholastici duo,
Hinc lusibus luxu ac dolore perditam,
Furto prehensus vterq; morti addicitur,
Verum horula necis imminente nouissima,
Didascalus virga receptos liberat,
Præda sathanum faucibus subito eruta,
Fit matribus gnatisq; magnum gaudium.

¶ Dramatis personæ

| | |
|---|--|
| Prologus cum Morione. | Gaulus leno. |
| Philotecnium mater. | Labrax leno. |
| Cacolia mater. | Iudex. |
| Dyscolus scholasticus. | Pompus nuncius. |
| Clopicus scholasticus. | Lorarij duo. |
| Aristippus didascalus cum discipulo. | Lorcaballus diabolus. |
| Bromius caupo. | Marlocappus diabolus. |
| Melancia ancilla. | Chorus ex Aristippicæ scholæ auditoribus. |
| Dromella ancilla. | |

¶ Rebelles.

Prologus cum Morione.
Iambici trimetri.

Vos qui tulistis huc pedem adolescentuli,
Scholaribusq; disciplinis hæctenus,
Silentium didicistis, animaduortite.

3

Videbitis prodire scena tertiâ,
Huc in proscenium scholasticos duos
Adhibe animum quicumq; discipulus es, tuis
Quoq; obstrepens didascalis, quia admodum
Nunc in tuam rem proloquar. Scholasticos
(Inquam) duos quos prodituros dixeram,
Cernetis in rem pessimam produci
Quod sit rebellis uterq; præceptoribus.
Hæc pauca de argumento eodem proloqui.
Me iussit, huc qui misit autor fabulæ
Quasi Prologum. Ast ego ut imperator histricus
Dictator & choragus actus comici
(Plures quod huc confluere quam speraueram
Aspicio) paucis vos volo moneri.
Pro singulis cuiusq; & ordine & gradu
Edicta & interdictiones histricas
Moderabimur. Scio nanq; quam sit futile
Iussum, quod indiscretius mandaueris.

Primum omnium diuitibus impero, suo
Qui iure præ alijs occupant subsellia
Ne cæteris petulantiores sint, & ijs
Agant licentius, qui humi ablecti sedent.
Nam comico choragio ne obulum quidem
Superrogant. Quin & motiendos cenſeo
Ipsos eosdem pauperes, qui etsi domi
Cibario vix panis victitent (Mor. chlo.

Pro. Tace) & oleribus, bletis quoq; insipidis, tamen
(Si occasio fuit) vel in spectaculis
Æs prodigunt, vel improbe abliguriunt,
Ehem, à scopo paulominus aberrauero,
Impendijs si derogauero pauperum,
Nam ludi es pauper beat plus diuite,
Tenacitas nam diuitem nihil finit
Impendere, itaq; adeste cum silentio,
Pauper, iacer, miser, piger, scaber, glaber,
Qui nobiles estis, & ab alto ignobilem
Despicitis hunc vulgum, duplum si impenditis,
Dignam quidem ordine vestro agerem, sed &
Faxo altius sedeat olim & honestus.

Audite tamen ignobiles, nobilebus his
Præstare si volueritis gradu & ordine,
Crumena nostra turgeat, faxo probe
Plus omnibus laudemini & honoremmini,
Nihil histrio hic discriminis nisi nummi habet.

Hinc rudibus impero imperator conicus,
Inducite animum, vt colligere valeatis hoc
Ex mytho epimythion, alioqui aceritis hic
Sine fruge, inutili & ego fungar munere,
Vobis quidem haud mihi, a re si infarcibitis
Loculos meos. Et eruditioribus
Dico, turultuantibus si aetheribus
Obreperit aliquid, quod illepide fiet

4
Prolatum, & imprudenter exhibitum, palam
Ne irrideant, indulgeant autem, boni
Quoq; consulant, gratis quod ipsis præstitum,
Stribligo enim tumultuantibus accidit
Nonnunq; Homerus & interim dormiturit.

Vos quoq; senes morio, vigilate alacriter.
Nescitis enim quantum obfiet lethargus aut
Veternus hic rebus studentibus arduis.

Tandem quoq; iuventam admonendam censui,
Et maximè omnium pueros sordidos
Matrum suarum delicatos pufios.

Vos (inquam) adeste garruli non garruli,
Loqua culiq; non loqua culi, agite. Mor. ehem.
Prol. Tacés ne Morio? cauédū adest chorag^o. Mor.

Prol. Adeste vos (inquā) quieti atq; vigiles. (hau,
Ne fabulamini, neq; stertite ante vel
Retro, neq; immoderatus ridetè, nec

Discurrite, & (dicam vt semel) iam aduertite,

Ne hui^o choragi in vos crepēt mox cottabi. Mor. st^o

Prol. Non erō aliis, nec me amodò hic videbitis.

Ego abeo. Mor. ego mateo. Prol. mane. Mor. manes
bo, abi.

ACTVS PRIMI SCENA I.

Iambici trimetri acatalectici.

Philotecnium sola.

Cum ætatis huius & peracti temporis
Ratione habeo, cōsydero haud me pau-
Paschalia edisse oua, nā rugosa fit (culæ
Cutis, genæq; flaccidæ, canis quoq;
Resperta tempora, quin & ipsius filius
Iam natus annos quindecim puellulam
Me pernegat. Sed neq; parum accelerant mihi
Grauem hanc senectutem graues curæ omnium
Rerum domesticarum, & inuitis iugum
Mariti, & ingens liberum curatio.
Quibus locupletandis honestandisq; diu
Nectūq; peruigilo. Nam ob istuc Dyscolum
Gnatum meum qui grandior natu est, icholis
Pridem docendum tradidi, & mirum in modum
Proficeret, id si liceat (heu) per improbam
Didascalorum amentiam, qua tenerior
Pueri cutis diuerberatur, & eadem
Est omnibus crudelitas doctoribus.
Quasi sit rigore docendus haud clementia.
Id vsq; sensi à primo ad octauum vltimum
Quibus omnibus mores iidem & par rigor.
Liuentibus nam clunibus semper domum à
Scholis puer reuertitur vibicibusq;
Ostendit (heu) magistri amaritudinem.
Tentabo tamen & hunc Aristippum, virum
Quem ab omnibus doctum audio probarier.

Et philosophum & rictora, pientis quoq; animi, vs
 Sine verbere dialecticum atq; rhetorem
 Eum faciat, is nanc; casus, tempora,
 Et alia Donati rudimenta (vt ferunt)
 Iamduum ad vnguam callet. Vt si fata me e
 Medio ferant, habeat puer vitam suam
 Qui suauē, molliter, & honeste transigat.
 Verum absq; consilio Cacolaliæ nihil.
 Sed commodum, eccam, obambulat mihi eminus,
 Morabor vsq; dum a ppropisquet, & alloquar.

¶ Actus. 1. Scena. 2. Trimetri vt superiores
 Philotecnium. Cacolalia.

Est ne hæc Cacolalia mea quæ mihi obuia est?
 Chara admodum cognata salue, te volo
 Te quaero, ades mihi tēpori. Cac. quid amabò id est
 Quod tantopere me quaeritas? si paruulum ad
 Me nuncium cognatā mitteres, ego ad
 Te vltro aduolarem. sed quid est? Phi. necessitas
 Me huc appulit. Cac. pol magna ea est necessitas,
 Quæ te labori itinere adigit tam graui.
 Phi. Profecto magna, haud te se fellit dictio.
 Cac. Ego quæ sit auguror. Phi. Deo soli agnita
 Arcana cordis tu augurari possies?
 Cac. Scio inquit. Phi. vis de marito dicere,
 Qui vespere hesterno virenti verbere
 Coxas mihi scapulasq; liuidas dedit.

Cac. Istuc volebam, eoq; propero ad te modo
Cognata, solatura te in casu tuo
Sinistro, & vt pexi caput viro meo
Tripode indicatura. Ph. ah Cacolalia si foret
Tantum mihi animi. A si ista omitte, quia aliud
Iam te volo. Cac. quid? dice. Ph. narrabo tuis
Tibi verbulis. Cum te vafro ingenio sciam.
In re ardua vt te consulam, & prudentia
Vt tua huc veni. Cac. at viri prudentiam
Nullam mulieri inesse passim dicunt.
Ph. Nugas agunt dum effutiunt huiusmodi.
Heu cogimur, quæ debili sexu sumus,
Complura probra ab improbis pati viris.
O vtinam vt orbis, sit perinde mobilis
Et sexus. Hunc quem conspicias gnatum meum
Dialecticum fieri ac disertum rhetoricum
Percupio, ne si ego moriar, ipsum perpeti
Contingat inopiam, aut mori infelicitate.
Tamen absq; consilio tuo nihil volo.
Cac. Percupio & ego iam dudum in hoc ipsum quidem
Gnatum meum horas collocare pauculas,
Sed iacta nondum est alea, oportuna ades.
Ph. Bene est. sed heus cognata, vbi doctorem tuis
Mitem, suanem, & amabilem nanciscimur?
Qui lenibus verbis, flagris non acerbis
Doceat eos? siens memoro Cacolalia, toties

6
Molliculam adusq; sanguinem gnati cutem
Diuerberatam, pereo si rursus accidat.
Cac. Interminabitur viro, ne eiusmodi
Praesumat, alioqui abstulerimus liberos.
Ph. Recte, nec ego quidem aliter arbitrata sum.
Sed vbinam eum valebimus nanciscier?
Cac. Habitare in ædibus Hieronymo sacris
Doctum ferunt didascalum, nouisti eum?
Ph. Quid? illum Aristippum senem fronte tetrica?
Cac. Etiam. Ph. satis honestū ac peritū istūc ferunt,
Cac. Adeamus hunc, sistamus & ei liberos.
E fronte sphaeristerij gnatum meum
Vocauero. Heus tu Clopice, ad eisdum, sequere me.

¶ Actus. 1. Scena. 3. Trimetri vt superiores.
Clopicus. Dyscolus.

Congerro salue. Dys. salu^o esto Clopice, num
Fauit tibi fortuna læta in compito?

Clo. Fortuna? percat ipsa & eius complices.
Loculos enim, cultros, stylosq; perdidit.

Sed obsecro quid me auocat mea genitrix?

Dys. Quid? ad scholas reducimur, philosophia

(Si dijs placet) simul instruendi. Clo. apage schola.

Vt carcerem hunc ludum horreo. Sed tum quid est?

Si nummulis trumena turgeat, quid est?

Dys. Aut verbera aberunt, aut fugam capefferō.

Vbi talionem reddidero, scio nancq; quid

Vtriusq; decreuit parens. Clo. quid obsecro!

Dyl. Vt absq; verberere doceamur expetunt.

Clo. Absq; verberere? Dyl. ita. Clo. sine verberere? Dyl.
absq; verberere.

Clo. Ohe dcum immortalem, vt est stultissima

Materna mens, nobis tamen vt accommoda.

Sed iam gradum sistunt, sequamur vltro, ne

Nos arguat coram magistro ighauia.

Pulsare tentant ostium, properandum erit.

¶ **A**ctus. 1. Scena. 4. Trimetri vt superiores.

H Cacolia. Philotecniū. Aristippus. Codrus.

Eus heus vbi estis vos? magister est domi?

Arist. Quid hoc mali? quis tā improba pulsat manu

Nostras fores. Ph. salue magister. Arist. identidem

Saluete vos matronæ honestæ, quæritis

Me. Ph. quærimus. Arist. quid indicaturæ? Ph. vides

Magister has proles? Ari. video. Ph. has adducimus,

Tuæq; sollicitudini committimus,

Vt philosophos facias eos. Arist. videlicet.

Ph. Et rhetoras, capis? Arist. capio. Ph. sine verberere

Arist. Tyrusticulos fidei meæ quos sistitis,

Tuebor & curabo tanq; proprios.

At quæso finite me regere iuuenulos.

Docebo eos non aliter atq; deciderit.

Ph. At fiat hoc suauiter, verbis pijs

Et blandulis, minime flagellis asperis.

7

Arist. Iuuenibus ego noui quid omnibus expedit
Stimulo haud opust' currentibus, rem ipsam mihi
Committite, Ingrediantur ad gregem *Ca. Co.*
Co. Hē. Arist. duc eos ad classē vtrunq; suā. Co. licet
Ph. Vale magister curam habe horum pignerum,
Dignum recepturus labore præmium.
Ca. Sed audin' Arist. ausculto. Ca. caue mēbra tene
Diuerberes, aliās male audies. Vale. (ra
Arist. Valetē. Dæmonium sua mater filio est.

¶ Actus. 1. Scena. 5. Iā bicid. metri acatalect.
Lorcoballus. Marlocappus.

HEus Marlocappe adesdum, ohe.
Mar. Quid Lorcoballe nactus es?

Lor. Audi nouam rogo fabulam,
Vnde haud parum nobis lucri.

Mar. Ah dic, quid est? ah dice sis.

Lor. Rogas? hebes, brute, stolide,
Non cernis vt Philotecnium

Et Cacolalia gnatos suos

Contradidere literis

Mox imbuendos optimis,

Sine ferula, sine mastyge?

Stultissimæ mulierculæ

Et se & suos in retia

Nostra implicabunt filios,

Si vtamur astu callido,

Vtemur autem, in latibulis

Si delituerimus, rei

Quoq; viderimus exitum

Mar. Non mussitandum latius,

Quid facto opus? modo suggere.

Lor. Subreperere in cauernulam hanc.

Quo agunda agamus clanculum.

Mar. Recte mones. I præ, sequar.

Lor. Tu mage præ i, quo ego cautius

Seriem rei intuear. Mar. licet.

¶ Chorus. Iambici dimetri acatellectici

M Atrum per indulgentiam
Gnatorum & insolentiam,

Forta atq; parracidia

Per sæpe consequi solent.

Solomonis est prouerbium,

Siquis tenet dimittitur

Suæ voluntati puer,

Confundet is matrem suam.

¶ ACTVS SECVNDI SCENA I.

Iambici tetrametri seu octonarij.

Dyscolus. Clopicus.

O Hercules, ô Clopice mi, ô quàm industrie
iam euasimus.

Didascalii minas. at ut in nos creparent cottabi,

Si exactius præceptor inquireret ad vnguem singula.

Nam præter anuū fabulas, nihil egimus seu didicimus.

Dictata namq; quæ fuere, amissa sunt vel rupta sunt.

Cl. Pol vime iādudū vterq; essem⁹ & instar scabrę ouis perliuidi. Ast hoc tēpore has nates semel subduximus.

Si liceat id crebro quid optabilius aut iucundius?

Non puto quod is nos audeat veritus parentes cedere⁹

sedeamus hic parumper, & linguamus has curātib⁹

Curas graueis. Dyf. linguam⁹, at qd interī tractabim⁹?

Nā qcqd id fuerit, sine strepitu oportet vt fiat. Clo. pbe

Fallamus oculos intuentis nos, pari numero obolos

Libro inferamus, fortiamur deinde cuius nostrū erunt,

Vt nos didascalus putet dicenda discere. Dyf. nō placet

Conditio, nā sortiri ego ignoro. Clo. Docebo te, tu eris

Primus, sequensq; ego tertius. Dyf. licet. Cl. ista conce-

dentis est.

Dyf. Est, at caue ne subdolos fuas. Cl. tua igit̄ priā fors,

Mea residua est. Dyf. licet interui obolos, reuolue pagi-

nas.

Clo. Primus, secundus, tertius, Primus, secūdu, tertius,

Primus, secundus, tertius, Primus, secundus, tertius.

Dyf. Sors nulla adhuc. Clo. primus. Dyf. mea est, feliciorē

orē me fore hæc

Probat, Clo. secūdu, tertius, sed hæc mea est, Dyf. pares

Clo. Primus, secūdu, tertius, mea hæc q̄q; (sumus.

Dyf. Heu. Clo. primus. Dyf. nihil.

Clo. Secundus, hæc mea, tertius, Primus, secūdu tertius.

Dys. Eheu. Clo. mea est. Primus, secundus, rursus hęc
mea est. Dys. tua est.

Clo. Mihi vędico, Dys. tibi vędicas? Clo. sic inquis.
Dys. quidum nepos?

Clo. Huiusmodi cōuenimus pacto, vt tua esset pri-
ma fors,

Sequens mea, atq; tertia. Dys. factum nego. Clo. at
ego assero.

Dys. Mentire Clopice, an tu putas mihi nullū inesse
cerebrum, vt hanc

Sorte tibi duplicē, mihi autem simplicē permitterē?

Clo. Sibi quisq; semper pro virili nitit. Dys. vis red-
dere, an

Non, te rogo, quos furatus? Clo. hem furatus o tri-
furcifer?

Dys. Furatus es. Cl. furatus o nefande? Dys. ita est
Clo. pol non dabo.

Dys. Dabis, alioqui extorsero pugno, vnguibus, vel
dentibus.

Clo. Extorseris? cera manus cōpaginatae sint mihi?

Dys. En hoc volebas? Clo. cederes? pol ego, secun-
do si audeas.

Dys. Scelestē, furcifer, meū non redderes? sic discito,
Sic discito, sic discito, sic discito, sic discito,

Per dolum aliena rapere. Clo. do, dimitte me. Dys.
cedo statim.

9

Clo. Meretricie, scelerate, perfide, accipe tuam rem?
atq; abi.

¶ Actus secundi Scena secunda.

Octonarij quadrati, vt superiores.
Aristippus. Clopicus. Dyscolus.

Quid istuc est? hoc cene opus est scholasticorum ludere.

Per sortē, & hinc certare pugnis, & capillos vellere?

Clo. Cæcidit hic præceptor optime me prior. Dys-
mentiris hoc

Scelus, rapueras mihi teruncios dolo, quos reddere
Procax negabas. Clo. iure ludi acceperā, sed reddidit
Non desinenti cædere. Dys. haud te equidem cecidit
sem, dolo

Ni sustulisses nūmulos meos. Arist. sat ē verborū, eos
Prehendite, introduce, vt certaminis palmā ferāt

¶ Actus secundi Scena tertia.

Iambici dimetri acatalectici.
Lorcoballus. Marlocappus.

Vidistin' heus tu Marlocap
Hæc gesta perduellium?

Mar. Ita filij nostri solent

Præfente nobis ludere.

Lor. Adhuc moremur paululum,

Multo his videbis pluria.

Sed audin'? Mar. hem, quid audiam?

B .i.

Lor. Per Cerberum tu obtusus es,

Audis ne qui cantillant?

Mar. Hæc nostra plane cantio est.

Cæduntur acribus flagris,

Age concinamus filijs.

Lor. Placet, canamus altius,

Diapente nostrum exaudiant,

Vtriq;. Ouz ouz ouz ouz

O bone magister ouz ouz.

¶ Chorus. Iambici dimetri.

Sapientis est sententia,
Difficile peruersos suis
Fore corrigendos moribus,
Stultos quoq; innumerabiles,
Nihilominus didascalum
Decet suo (si postulet
Res) fungi honesto munere,
Malos subinde cædere.

ACTVS TERTII SCENA I.

Iambici trimetri acatalecti.

Dyscolus. Clopicius.

TE propter hæc sum Clopice passus innocens,
Clo. Scilicet, adhuc plagis tuis ego liuidus,
Te propter excoriabar ultro, & es innocens?
Te Iuppiter male perimat, si pergis hoc
Modo loqui. Dys. mittamus hæc nepes, satis

16

Vterq; vapulauimus Nunc matribus
Nris quæramur voce flebili, & plagas Scaron
Monstremus illis, quas didascalus ferox
Nostræ intulit carni tenerrimæ. bonast
Occasio, qua liberi hoc ergastulo
Agamus amodò homunculos bellos. Clo. placet,
Pereatq; carnificina nostra hæc fulmine,
Vbi nil sonat, nisi flagra, cædes, lachrymæ.
Valeat Aristippus senex trux carnifex,
Dys. Eamus hinc. —————

¶ Actus tertij Scena secunda.

Trimetri vt superiores.

————— **Q** Cacolalia. Clopice. Dyscolus.
Vos ciulatus audio
Foris? tuan' vox Clopice resonat gnate mi?
Clo. Eheu. Cac. quid est fili vnice, ecquid ciulas?
Dic matri. Clo. an ego non ciulem? an ego non fleam
Mater, repetitis qui tot ictibus miser
Diuerberatus sum? en quibus vibicibus
Nates tumescunt liuidæ. Cac. quod hoc (malum)
Cruelitatis est genus? pape, deum
Deum (inquo) immortalem, vt hic laceratus est,
Flagrisq; dilaniatus est: dic Dyscole
Et tu quid ciulas? tuan' & percussus es?
Dys. En acrius multo miser, miserrimus.
Perinde ininnocuos, vt in fœdos canes

Grassatus est latro. Cac. quid ergo criminis
Obiecit innocentibus? Dyf. nostros libros
Dum euoluimus didascalus superuenit,
Dicitq; contendisse nos, & percitos
Ita inuicem pugnasse. Cac. vos? Dyf. quod ne quidē
Nos cogitauimus. Cac. O diabolicum caput
O tetricam frontem, inuicem pugnasse vos.
Dyf. Pugnasse. Cac. cōiūctissimos? Dyf. nil arctius.
Cac. Silete dum, atq; ingredimini tantisper huc,
Dum currere ad Philotecnium neptem queam, &
De his omnibus certiozem reddere.

¶ Actus tertij Scena tertia.

Trimetri vt præcedentes.

Philotecnium. Cacolalia,

INsomnia hac sub nocte vidi, quæ die
Toto hæsitabundam dedere me, haud scio
Quid ipsa portendant, meo male suspicor
Gnato. Sed eccam Cacolalia venit obuiam
Et concito properat gradu, iactans manus,
Secūq; disputans, vereor omine malo huc
Veniat. Quid est cognata quod celeras gradum? &
Quo tendis iter? an indicatura aduolas
Mihî dira & infœlicia? vt pueri valent?
Sani ne sunt? Cac. Philotecnium o Philotecnium,
Præ lassitudine mea & iracundia
Vix hîscere queo, vt ad rogata spondeam

Phi. Amica chara istuc qd est? Cac dolor heu dolor
Vtriq; nostrum. Ph. heu me miseram, est male
Gnatis vt ominor. absq; causa haud tristior
Per somnium mihi gnati imago apparuit.
Cac. Non est viro illi humana mens, sed beluæ,
Cui liberos commissimus. Ph. quid audiam?
Cac. Rogas? adusq; effusionem sanguinis.
Lacerata cuticulâ est. Ph. perij cognata, iam
Pene occidi, factum bene est, quod filium
Meum domi tuæ esse iusseris, ne cum
Cogar videre ita visceratum innoxium.
Cac. Longa est mora omnis, tota namq; excandeo.
Iam per deos, deasq; iuro, & omnia
Terræ poli; & inferorum numina,
Quod vindicabo me hoc die hac de iniuria.
Ita vnguibus tetricam viri notauero
Frontem, vt minus nihilo exatata appareat,
Quam prolibus clunes. Ph. ita decet, ita expedit.
Ostendam & ego conuicijs & caedibus,
Quæ qualis aut quanta adsiem sophistria.
Ridebo lachrymas, si licebit cedere.
Eamus. At quid cernimus? pape, ohe, hui,
Cognata, prodit obtius scholasticis
Cinctus sophista perfidus, flagris quoq;
Instructus acribus, timeo mihi quoq;
Cac. Vt tu tremis, duæ lumus. Ph. sed mulieres,

Redeamus obsecro proles tuerier.

Cac. Nescis sacramento obligatas nos? Ph. scio. et

Valeat sacramentum, pauore contremo.

Comminxero cognata me, nisi redeas.

Voltum horreo intuerier, iam heu proximus?.

Bac. Maledicta sola si ingero, nihil hinc mali.

¶ Actus. 3. Scena. 4. Trimetri vt pcedētes.
Cacolalia. Aristippus. Philotecnium.

PRodi nefande sophista, prodi sordide
Philosophe, Aristippe impudēs, mōstrū ferū.
His vnguibus malas tuas conuulsero.

Prodi. Arist. Quid est mulier? quid adeo saeuiter?

Quidnā mali commerui? Cac. an etiam tu id rogas?

An non puduit in filios nostros te ita

Baccharier? Arist. quid factum in illos dic mihi.

Cac. Nescis? Nescis scelestē, trifurcifer, fera bēlva?

Arist. Demiror vnde te furor tantus habeat.

Dic age quid actum prolibus. rationem ego

Reddam omnium. Cac. rationē ad hęc reddas mihi?

Reddas diabolū latro, qui gnatum meum

Tam immaniter cæcideris, sine crimine,

Arist. Sine crimine? Cac. etiā dico proslum innoxiiū.

Arist. Quā innoxius, nouere condiscipuli, & hęc

Cohors scholastica. Sed sine oro me eloqui

Præfagium infallibile. Vestra amentia,

Vestraq; solarum fit indulgentia.

Perire vtrūq; per licentiam, & cruei
 Tandem execrandæ destinatum tradier.
 Cac. Non me capio nunc præ furore spiritus.
 Demeñs cerebrum hoc suggerit tibi fulmine.
 Tibi furijs, tibi tartaro dignissimo.
 Philotecnium cognata nostros liberos
 Suspendio prædestinariet? Arist. te contine
 Muliercula, ne quid temere, abi, ne plus mali
 Tibi concias, abito dum. Ph. hem Cacolalia,
 Ne cæde neue vellicæ, res res monet
 Plorare magè q̄ cædere, atq; vtinam mihi
 Licuisset in cute propria ipsas perpeti
 Plagas, & vnicum redimere filium.
 O faxem caput, teneris quod artubus
 Tot irrogare valuerat plagas. Arist. caue
 Gnato & tibi muliercula, ne breui accidat
 Plus calamitatis, cui absq; me haud medeamini
 Siste lachrymas misella, siste lachrymas.
 Ph. Quam barbara, impia, dira mēs, quæ lachrymas
 Mihi inuidet. Profecto amata pignora
 Nondum suis pro natibus osculatus es
 Tibi docendum tradidi gnatum meum,
 Non lancinandū. Arist. ego corrigendū acceperam,
 Non enecandū, at patibulo abstrahendū. Cac. vt hiē
 Scelestus vsq; patibulū? Arist. heu, quid hoc (malū)
 Dementia est: cædat virum me foemina?

Prehendite has & introducite, vt acriter
Diuerberentur, quò temere nihil agere
Discāt. Ph. bone mgr̃. Cac. bonè mgr̃. Ari. bonus
Iam factus est qui sorduit modo? Sternite.
Ph. Nostro pudori consule magister bone.
Cac. Abire bonè præceptor obsecro nos sine
Cauerimus à modo. Ar. valeāt meretriciæ. Ph. heu
Me, vt turpiter fude facta sum. Cac. vali phiosophe
gmus, reducturæ haud tamen tibi filios.
Ph. Eamus, & dato vtriq; mox peculio
Mercatui applicemus, & valeant scholæ.
Cac. Fiat, nam id optimū arbitrata sum, prius
Quàm tu mihi suggesseris, valeant scholæ.

¶ Actus tertij Scena quinta.

Iambici dimetriacatalectici.

Lercoballus. Marlocappus.

P Rædixeram ne vt accidit,
Tum matribus stultissimis,
Tum filijs nequissimis?
Mar. Profecto Lercobal prebe
Novisti vbiq; fallere.
Lor. Tace, tace, iacebimus
In hoc latibulo callidi.
Laqueos meos mox incident,
Dum acceperint crumenulam,
Et bibere & esse & ludere

Lenonibus cum perditis
 Et improbis oceperint.
 Tantisper esto peruigil
 Dum in hisce castris excubas.
 Mar. Noli timere Lorcobal,
 Oppandi ocellos stipite.
 Ne mus quidem hinc euaserit,
 Aut passer auolauerit.

¶ Chorus.

Iambici dimetri vt superiores,

Nihil est profecto sauius,
 Nihil impudentius, nihil
 Magis improbum muliere mala
 Si occasionem naeta fit.

Ignis, mare, fera belua.
 Tria mala sunt, at p̄ior his
 Mulier, sed & nocentior
 (Si conferas) caeodæmone.

¶ ACTVS QVARTI SCENAI.

Iambici trimetriacatalectici.

Dyscolus. Clopicus.

VT nūc tibi Clopice placeo ēficulo hoc nouo
 Penuario? Clo. egregie ense, tunica, pilco.
 Phaleratus es mi Dyscole, at crumenula
 Vt sese habet? nū turgida est? Dys. plena admodū. en
 Centum aureis refar sit hanc matercula.

Clo. Id optimum iuxta tuam sonat & mea.
Valeant philosophia, valeant scholastici
Ludi, antron hoc valeat, vbi non nisi verberas
Et ciulatus perpetim ingens personant.
Dys. Valeat Aristippus boni omnis æmulus.
Olim meminero quod intulit matri & mihi.
Clo. Hæc curiosa sunt. eant curæ graves.
Indulgeamus & gulæ, & genio, & iocis.
Mercatum abisse nos putent mulierculæ.
Nos contra in hanc tabernam eamus, cuticulant
Curemus cerere bacchi, & epulis splendidis.
Properemus, en Caupo foreis tenet. Dys. assequor.
Sed audin? Clo. hem. Dys. absq; Venere semper frigidum est

Solacium. Veneres oportet adfient
Formosulæ atq; comptulæ. Clo. recte id quidem
Tu, Eamus, hoc ex ordine parasitico
Iam quispiam mittendus est qui accersiat.

¶ Actus quarti Scena secunda.

Scenarij iambici vt superiores.

Clopius. Dyscolus. Bromius.

Salue Bromi. Dys. te pdaat Bromius. Clo. necesse
Te Iuppiter, quid cōmerui scelus? Dys. rogas?
Ostentu haberi se putabit hospita,
Quod eum hoc salutas nomine. Clo. hem conuicium
Non est, quod hospitam vocaris, qui hospes est.

Dyf. Non sexuis rationem habebam, máximá
 Præ animi mei ægritudine. Clo. ego quid dixeram?
 Dyf. Bromium vocaueras. Clo. Bromiū: Dyf. Bro-
 mium. Clo. equidem haud
 Rationem habebam nominis, præ maximo
 Bromij appetitu. Cæterum hic mihi dicier
 Bromius videtur, quod vocabulum hoc explicet
 Vultus hilariter. Bro. ha ha he, bene est, re & nomine
 Bromius vocor. Dyf. quis tibi sat hanum pessimus
 Id suggerit? Clo. non verbulo vno id explicem.
 Salue Bromi. Bro. saluete, adeste, quid libet?
 Clo. Ientariet num obsonij est aliquantulum?
 Bro. Sat est, lauate, sedete, abunde appofucro.
 Pinguem anserem, pernas, tomacula, & satis
 Bromij optimi, qui saliat è cyatho suo.
 Dyf. Sed caupo. Bro. quidnam factopuff? Dyf. cu-
 randum erit.
 Bro. Curarier quid volt? Dyf. duæ Veneres vti
 Accersiant. Bro. quo? Dyf. huc. Br. eho vos feminas?
 Dyf. Bacchus qd est sine Venere? Br. nihil per Iouē.
 Domi meæ est, qui rem probe curauerit.
 Dyf. Curet probe, nos interim nugabimur.
 Dyf. Quemnam putemus hospes hic habeat domi,
 Qui Veneris atq; nostra agat negocia?
 Clo. Greges alunt parasiticos huiusmodi,
 Lenasq; cum lenonibus, per quos suam

Rem stabiliunt, occasio dum postulat,
Nullam æquitatis aut probi rationem habent,
Dummodo suis lucris abunde consulant.
Dys. Quid interest mea tuâ ve qualis hic,
Vel quispiam sit Clopica cauponantium?
Sit hic probus sit improbus domi suæ,
Nostræ voluptati probe modo commodet,
Clo. Verum profecto Dyscole. at claudendus est
Sermo, fores crepuere. Nonne (vt dixeram)
Rufum vides lenonem ab ædibus foras
Procedere? Dys. Video. Clo. is tuis me debetur
Amoribus. Dys. faxit Venus, sequere. Clo. sequor.

¶ Actus quarti Scena tertia.

Iambici trimetri vt superiores.
Labrax. Gaulus.

Venuſta duo me Caupe poſcit ſcorta, ſed
Magno meo infortunio haud mihi integritas
Ea exhibere hoc tempore, ad alium mihi (est
Migrandum erit. Stat ecce porro Gaulus, is
Mihi vltro conueniendus est. Aliquantulum
(Si fors volet) lucri ex eo corraſero.
Libet obiter auſcultare quid loqui occipit.
Gau. Ob crapulam heſternam leuare vix caput
Queo, ita obrutus, ita meſſus, ita ſepultus, haud
Mirum tamen, qui æs omne meum & edi & bibi.
Reliquum eſt nihil, diſcrucior hei miſer leno.

Tam quæstus hic mulierularum exiguus est.
 Lab. Heus tu. Gau. hem, quid est? & cui vox prope
 me sonat?

Lab. Salue scelestæ. Gau. Salueam impurissime?
 Totum æs voravi, quæstus est nullus, dolet
 Mihi occiput Labrax, & aduersa omnia.

Lab. Præsidijū adest in proximo. Gau. nondū liquet,
 Sed perge, Lab. Afotici duo adolescentuli
 Scorta expetunt venusta duo, sed commodum
 Vel integrum non est mihi, locanda ea tibi
 Pernisero, si vsura mihi responderit.

Gau. Responderit, stipulare honeste, quid dabo?

Lab. Sex aureos. Gau. sex per Iovē & Venerē dabo.
 Sed vbi exhibebo? Lab. in proximo cenopolio.

Gau. Curabo, tu operire. Lab. sint formosula. Gau.
 Erūt, at vbi te reperero? Lab. hoc loco. Gau. placet.

¶ Actus quarti Scena quarta.
 Iambici tetrametri.

Melancia. Dromella. Clopicius. Dyscolus.

S Edete dum iuvenes adest obsoniū. Curre ocyus
Puella, profer è penario statim sex integros
 Similagineos panes, eosq; cādidos, audin? Dro. licet.
 Clo. Heus tu nigella etiānū & id curet, magis te cādī
 Melācia appellariet videre tu, nā prædita es cēt
 Fulcedine admodum venusta. Dys. iterum augura
 ris improbe?

Dro. Mecastor illa nomine & re fuscata est, Melancia
Nam dicitur. Nivis instar ecce cecidi panes, modo e
Cellario depromitur Bacchus. Valet, viuite.

Dyf. Dic Clopice & isti⁹ puellę nomē, an Lacena sit?
Clo. Si & hic mihi liceat augurariet, Dromellula di
citur.

Dro. Tetigisti acume castor. en vinū valet, viuite.

Clo. Semel Dromella bibas oportet. Dro. scilicet.

Clo. quin ebibis?

Dro. Licet, propino tibi adolescēs auguri primario
Quia breuitate gaudeo. Dyf. gratum est. Dro. vale
te, viuite.

Dyf. Si huiusmodi forent puellę, quas mō ductarier
Poposcimus, pol respuēdę nō foret. Cl pol nō foret

¶ Actus. 4. Scena. 5. Octōarij quact. vt superiores
Labrax. Gaulus. Caupo.

P Aratan' omnia quę ad Venerē opus sunt? Gau.
parata. Lab. eamus hinc

Intro, haud parum est nobis lucri accessurū ab ado
lescentulis

Doli inscijs, qđ vix adhuc ferulę manus subduxerint

Gau. O vtinam id alma Venus faueat, hoc pacto em
mea vulnera

Sanare possiet. Sed ecce spectat Caupo foras.

Lab. Salue Bromi, num adhuc vales? Bro. adhuc

Sed vbi nam scorta sunt?

Lab. Vesperia aderit cōptulæ puellæ, vt ipsam Cypridē
Putes. Bro. ita voluerā, ingredimini, & assidete si placeb

Lab. Nobis lubet, placeat modo adolescētibus. Bro. con
tamini.

¶ Actus quartū Scena sexta.

Tetrametri vt superiores.

Labrax. Gaulus. Dylcolus. Clopicus. Melancis.

I Vbet alma Venus saluere vos venusti adulescentuli.
Dyl. Pręstantius nihil est salute, identidē saluere eos
Volumus, salutē qui imprecantur cōbibonibus probis.
Accumbite si placet, pari symposio & argento pari.

Lab. Pol æqua ppositio, pplacet, sedemus. at vnde vos
Venistis? Dyl. indignæ sumus quidem, & animi causa
egredi

Lubatum est, & experiri auemus pluria. æris diuites
Sumus, animi nec impotes. Gau. mage vos trahat fortu
Negociatio videre licet. Societas sit eadem na, q̄

Vtrifq; nostrum, edamus & bibamus, atq; homunculos
Bellissimos agamus, haud erit voluptas cuius hic
Nō plus satis sit copia. Clo. ohe, vterq; id expetessimus
Gratissima est vestrum vtriusq; societas nobis. Sed est.

Gau. Quin dicis? Clo. vbi sunt quas poposcimus puellæ
veneræ?

Gau. iam iam hic erunt sub vesperem. Clo. mea quidem
ex sententia.

Ludemus interea mouētes tēdia. Gau. hercle perplacet.

Profer puella vina, profer tesserās, audistin? **Mel. hem,**
Cl. Heus tu Melācia tesserās fēs ocyus. **Mel.** cōcipite eas
Referte dum satist?, **Dys.** satis? nunq̄ satis amantibus.
Mel. Haud quāq̄ eidē fercla & aleq̄ quadrāt buccę, aufe
Bellaria hęc. **Cl.** tolle vt frui discō queamus li- (rā
f. j bere. **Gau.** Vt

Perfundier queamus æthere, discon hunc sistam foris,
Deponite id pro quo velitis ludere. **Dys.** decem aureis.
Gau. Deponite (inquā) en hic decē nostri. **Dys.** en decē no
Gau. Iuppiter adesto & alma Venus. **Hęc** (stri q̄q̄
nostra fors est, **Senio**

Cl. Hęc nra erit Quaternio. Iudū hūc nepos ego finiā.
Dys. Placet. **Gau.** Venus iuuet, ecce Senio, mea ē pecunia,
Cl. Secūdo idē fiat, duplū deponim°. **Gau.** fiat, vt & hic
Iactus beatus sit, iuuet Venus, ecce denuo Senio. **Cl.**
Mea denuo ē Quaternio. **Ga.** si fors volet nos vincimus
Bis Vno. **Cl.** bis Binio. **Gau.** bis Ternio, ecce Senio,
Nos vincim°, nostrū est peculiū. **Cl.** triplū deponimus.
Gau. Esto, mea fors Quaternio. **Cl.** mea Senio, sc̄liciter
Gau. Fœliciter semper cadunt tali Iouis, Quaternio est,
Mea fors, mea ē pecunia. **Dys.** tua pestilētia improbe &
Impure leno: age decuplum deponimus. **Gau.** deponite.
Dys. Vestes & addim°, ego lusero. Iuuet Mercurius, aut
Maledictus ille, cuius aspicio sinistra singula.
Sors nostra Senio. **Cau.** en. **Dys.** tua impudice Ternio
est. **Gau.** ita est.

Dys. **Fœliciter, cecidere prospere, mea est. Gau. men-
tire tu**

Quidẽ triuerbero, vt dij te omnes superne cõcremẽt.

Num Ternio & Quaternio senarium tibi collocãt?

Dys. Hãc vendicauero mihi, aut putridis tuis ex car

Concidero frustatim, & quibus patiar, (nibus
ad arma Clopice.

Lab. Si cæde agendum, non sumus etiam viri Gaule
age virum,

Ignauï & imbecilles adeste, state, turpis est fuga.

Clo. Vestram fidem. primus. O dij, nudi feras pro-
pellimur.

Heu Dyscole infelicitati extremę adacti iam sumus.

Decus periit, æs perditũ, spoliata vestis sed quid est?

Pręter rapinã nil relictum, si placet, furto aut necem

Celerem, aut beatitudinẽ nobis paremus plusculam.

Dys. Placet vtique, eamus quo rapit fortuna, nã qui-
bus in bonis

Idem fuit, par est quoq; fore idem in malis cõfortiũ,

Gau. Iã nos adepti sat lucri, litem? almę Cypridi, &

Rhamnusię, quę pessimum mihi vortit in statum
optimum.

Lab. Litemus, illi si velint studento furtis pessimis.

¶ **Actus quarti Scena septima.**

Iambici tetrametri catalecti, aut septenarij.

C. d.

Villanus. Clopicus. Dyscolus.

N Vm tempus est surgendi, & ad forum? atq;
adhuc paulisper,

Clo. Villanus ille Dyscole est ignobilis vecorq;

Cui ratio parua inerat iniquitatis irrogatae,

Lassus sub alno sarcina abiecta iacet sopitus.

Quid factopust? Dys. spoliandus est hac sarcina,

Sibi sentiet malū Clo. viden? Dys. (aut paratū
quid volt videri? dice,

Clo. Dormire rusticum viden? Dys. videor videre,
stertit.

Profecto. Clo. nra est sarcina, pedepressim at acces

Adesto fors fortuna, adesto Mercuri omis (dedū

Furti & latrocinij pater. Circumspicito ne quisquam

Nos obruat, circumspice. Dys. nullust? adi silenter.

Putasne tollet inscio viro? pol abstulit, nec

Vir ipius expretectus est. Cl. fors optima est, beabit

Nos vsq;. Nam centum aureos telam hanc valere ar.

Abeamus hinc quanto cyus. Vill. profun- (bitror
dius q̄ tutum est

Hic stertui, heu sublata tela est, heus ohe quo vos tē-
dem

Preripitis, aut quo curritis? state ilico, vos qua ro.

Dys. Caue sis reclamites. Vill. reclamitemne vos ne
bulones

Furesq;, qui totam mihi abstulistis istam telamē

Dyf. Nos telā inepte nos telā tuā? Vill, meā vos telā.

Dyf. Ne dixis inquam Vill. reddite. Dyf. ita quæren^r
tibus telam(Vill. heu me.)

Reddimus, abi. alioqui ēsibus cōcidimus te. obmuti.

Revertere in viam tuam. Abijt ille, nos petamus

Bromium hospitem nostrum, erimus accepti adfe-
rentes prædam.

Vill. Quid agā miser, nisi præses hāc restituat inuoca-
catus?

Hunc optimum est accedere, & rei ordinē explicare.

Actus quarti Scena octaua.

Iambici trimetri acatalecti.

Dyscolus. Clopicus. Bromius.

S Alucto Caupo. Bro. gratus est vester mihi
Reditus, onusti adestis. Clo. fors fortuna adest,
Bene cessit hic mercatus & feliciter.

Bro. Liquido videtur, ingredimini, iam opipare &
Suaue cœnaturi. Clo. ita volumus. Bro. sequor,

Per herculem hanc telam alicui imbelli viro

Nunc abstulere vi do! o ve pessimo.

Tandem per hos (si Præses id resciverit)

Traducar in malam crucem, sequar tamen

Clausisq; foribus libere bacchabimur.

Quod si resciscat Præses, ipsi viderint,

In me puto nil deprendet noxiæ.

¶ Actus quarti Scena nona,
Senarij vt superiores.

Lorarij. 2. Bromius. Dyscolus. Clopicus. Villanus.

N Ec ipse Caupo innoxius, quia conscius
Se criminis testatur yltro, vt auribus
Audiuimus nostris, & obdit se ostio.

Sequamur, & pulsemus impigri & acriter.

Caupo Bromi Caupo. Bro. hem, qd importunus es?

Quis es? Lor. aperi ostium. Bro. licet. Lor. quos ho-
spites

Habes. Bro. duos iuuenes. Lor. probos an improbos

Rogo. Bro. improbos haud comperi. Lor. sistite gra-
dum.

Nequissimi, nobiscum eundum ad praesidem.

Dys. Quamobrem? Lor. haud modo fandi locus. Dys.
non ibimus.

Gladio magis decernimus. Lor. simus viri.

Clo. Cruente lictor me enecas, nos dedimus.

Lor. Huc huc manus post terga in has manicas. Cap.
cheu.

Lor. Concedite huc. Causam tuam vide Bromi,

Exactius iam examinandam iudici.

Tu rem tuam Villane cape. Vill. habeo gratiam.

¶ Actus quarti Scena decima.

Iambici dimetri acatalecti.

Lorcoballus. Marlocappus.

N Vm argutile hæc instruxeram?
Mar. Doctissima quidem acta res?

Lor. Consilio & artibus meis

Abiere læuo tramite,

Per compita atq; deuia.

Post tesseras & aleas,

Sublato & ære & vestibus,

Fures modo deprensi eunt.

Segniter an executus est

Id Lorcoballus Marlocap?

Mar. Haud segniter quidem, promi

Res nostra Diti accepta erit.

Lor. Spectemus hiñc sagaciter,

Cum addicti erunt suspendio,

Ne spiritus sursum euolent.

Mar. Pro natibus id curandum erit.

Lor. Brutissimus tu dæmonum, vt

Te alio docebo tempore,

Quod res modo alia postulet.

Chorus.

Iambici dimetri vt superiores.

V T omnibus sic maxime

Iuuenibus aurum est omnium

Lerne malorum, quo semel

In vicia præcipites ruunt

Vnde lachrymæ, cædes, furores,
Adulteria, scortatio,
Furtum, dolus, periurium,
Nisi abusibus pecuniæ:

ACTVS QVINTI SCENA I.

Iambici trimetri ac allecti.

Philetecnium. Cacolalia. Pompos.

Cordis mei æstus me mouent inuisere
Cacolaliam, vt congratulari liberis
Nostris queamus libere, qui cum in scholis
Pueri forent, repente facti sunt viri.
Heus Cacolalia veni foras. Cac. veniam lubens
Pom. Moue moue celeres pedes ô Pompe. nam
Res ipsa monet. Has literas binas mihi
Iussere duo iuenculi ob sua scelera
Iam internecandi, mox suis dare matribus.
Nam si fuit dilatio, actum est de gula
Illorū & anima. Cac. quidnam habes quod indices?
Ph. Consulimus pulchre vtraque nostris liberis.
Cac. Pulcherrime, sed prætereat hic nuncius.
Ph. Nil oberit hic sermonibus nostris, eat.
Cac. Ne forte nos petat, sinamus paululum.
Pom. Quas hic duas mulierculas prope intuos
Confabulantes, sunt eæ quas quærito.
Nam garriunt stulte suis de liberis

Stultissime, sane cucurri prospere.
 Has alloquat. Ph. cognata nos petit. Cac. file.
 Pom. Saluere plusquam iam potestis vos velim
 Matrōe honeste Ph. atat, heu, qd omnis hoc fere?
 Cac. Nihil hic mali imprecatur, heus caue trepides
 Pom. Has literas duo filij vestri mihi
 Dedere, vobis vt darem sine remora.
 Ne quæso consternamini. Ph. heu Cacolalia,
 Heu filius captus? meus. Cac. quin & meus
 Clopius nephandæ destinatus est neci,
 Ph. Me sustine Cacolalia, interij occidi,
 Suptemē Iuppiter optulare miserrimis,
 Pom. Querulationibus haud opus, curate dura
 Cito ferre iuppitias, periculum in mora est.
 Ph. Deest spiritus, deest animus o Cacolalia,
 Reminiscor heu sero quod Aristippus mihi
 Præiugio prædixerat vetissimo.
 Cac. Sero sapimus miserrime Pom. hæc missa facite
 Curate quod redimi queant. Cac. quid facto opust?
 Pom. Scholastici fueret: Cac. dudum & hæctenus
 Ferulam didascalici tubiere Pom. solus hic
 (Si qua est ferenda) opem feret. Properate ad hunc
 Valet nam me adesse oportet præsidi.

Actus quinti Scenæ secundæ

Iambici tetrametri quadrati.

Philotecium. Cacolalia. Aristippus. Puer?

O Quis deus terræ poli ve propitium hunc nobis dabit

Virum Cacolalia? Cae. male merita sum de eo, tu adito eum.

Ph. Ego sola neu tiquā ausim. Cae. eamus igitur atq; supplices.

Oremus optimū virum, quo iniurię in mem or, ferag Patrecinium miseretur fors nostri & auxiliabit. En ipse obuius. Ph. vir optime quem quidem iudicę gnę sumus.

Precarier, miserere nobis destitutis vndiq; Hominum deumq; te fugio. Arist. hei resurgite, & deum optimum

Ter maximumq; solum adorate, ecquid est quod vult dari?

Ph. O dector optime, liberi nři atq; discipuli tui hęc Obfurta capti sunt, neciq; impropetiosę traditi.

Arist. Hoc mulier est quod dixeram certissimo dudum omne.

Ph. Heu credidi sero. Arist. quid ergo vultis vt faciã inquite.

Cae Pietati flectere quę sumus. Nostris malis mala meruimus.

Dementiam nostram tua sēphia vincat, atq; filicę Nostros receptos libera. nã si velis, virga id potes.

Arist. Quo irredic mulier, cum vterq; manum meam
subdixerint

Ferula: Ph. per hoc caput obsecro concede, quia
nunc imminet

Stata hora crudelis necis, timeo mora sit discrimini.

Arist. Tametsi haud meremini, ibo vobiscum, atq;
oues (veluti meas)

Quæram vagabundas. Philosophia docet omnia
hæc mala

Pieta te vincere. Date virgulã. Pu. hem. Arist. prete
ego subsequar.

Ph. Ad hanc viri clementiam meus retixit spiritus
Cacolia. Cac. ô vtinam adsit, heu nostros video
producier.

Ph. iam deficit animus, labascunt omnia artua, nul-
lus est

Sensus, vtinã adsit. heu morarier & sedere cogimur.

¶ Actus quinti Scena tertia.
Tetrametri catalecti, vel septenarij
Lorarij. 7. Captiui. 2. Iudex.

Iudex tremende obnoxios furto hos duos malis
gnos

Adducimus, vt sententia mortis in eos prolata

Qua iudicati sunt, neci tradantur extimã, atq;

Hæc ciuitas nostra expletur sceleribus & fraudum

Iud. Quo hæc ciuitas, pagiq; & omnis regio liberetur

Calumnijs, furtijsq; flagitijsq; sceleratorum, &
Ut agricola sudore partis libere uti possint
Noctijsq; tranquillitas agere, iustū & piū arbitramur
In parvulum animaduortere improbum gregem, ne
dum per

Ignaviam nostram sit impunita iniquitas, mox
Sylvescat omne per licentiam malū. Hac de causa
Hos impios & facinorosos, quos deus donavit
Frustra tot amplis corporis animiq; dotibus, morti
Sententia damnamus, & crucis ultimo plectendos
Pronunciamus supplicio. Lor. paremus. lud. exe-
quuntor.

Clangat tuba. Lor. heus vterq; se commendet omni
potenti

¶ Actus quinti Scena quarta.

Iambici dimetri.

Lorcoballus, Marlocappus.

HEus Marlocap. Mar. hem Lorcobal.
Lor. Audio sonum illum buccinae.
Mar. Audio, quid is sibi vult sonus.
Num se parant venatui.
Lor. Ha ha barde, stupide, O morio.
Vtriusq; ad exequias parant.
Sese omnium celeberrimas.
Præterea & in laqueum aucep.
Nostrum implicabunt turdulos.

Nunc si reuuum sathana age,
 Caue animæ ad æthera transuolent,
 Alui obside tu valuulas,
 Viam ipse seruem gutturis,
 Mar. Euaserit mihi ne utiquam
 Circumspice exitus tuos.
 Hebitudinis me Lorcobal
 Coarguit frequentius,
 Veruntamen victoria
 Mihi cesserit vel hoc die
 Nam qui laqueo dum stringitur
 Gula, transitum menti parat:
 Plutonis ingluuiem auidam
 Ego solus exaturauero.
 Tuba intonat secundo, adest
 Triumphus & spectaculum.

¶ Actus quinti Scena quinta.

Anapestici dimetri acatalekti.

Dyscolus. Clopicus. Lorarij duo.

T Vba terribilis sonuit nunc, heu
 Miseros fures, miseram sortem
 O fata inamata, ô horrida mors.
 Maledictum sit furtum, quod in hunc
 Me duxit amarorem. O socij
 Comitescj valete. Valecto pater

Mat̄erq; valetē sorores. Heu
Rediturus nunq̄ nunc abeo.
Clo. Concedite clericuli & pueri
Et adestē omnis iuuentū cōtus,
Concurrite ad hęc spectacula, & in his
Compescite lasciuos animi
Mōres. Parete parentibus, ac
Senioribus atq; magistris, ne
Et in hęc pariter fata cadatis.
Luxus, lusus quoq; & ebrietas,
Sed & impunita rebellio nos
Adigunt laqueos, adiguntq; cruci.
Curate, caueteq; nē similis
Vos pœna præoccupet incautos.
Lor. Satis est querelatum & concionatum.
Ad cunctipotentem vertite vel
Nunc mentem, animas quo suscipiat.
Dys. Aliter quia non fieri poterit,
Deus accipit quæso animas nostras.
Clo. Sed quem v̄ideo huc sic præoperantem
Sinite adueniat, si forte mihi
Aliqua est speranda salus, finite.
Lor. Sinimus, neq; enim cupimus vestræ
Obstare salutē, si qua fuit.

¶ Actus quinti Scena sexta.

Trochaici trimetri catalecti.

Matres. 2. Aristippus. Iudex. Captiuus. 2.

T Andem adest diu expetitus vir pius,
Per quem erit speranda iam nobis salus

Te obsecramus adiuua. Arist. Silete vos

Ne cruci Iudex prophane adducier

Coge, sub sceptris meis qui militant.

Iud. Quisnam es inique qui precari non modo

Abnuis, sed & imperare niteris?

Arist. Sum inquam Aristippus philosophiæ artibus

Paruulos iuuenesq; vestros qui instruo.

Sunt mei hi discipuli, & abs te corrigi

Non decet philosophiæ artibus deditos.

Sub mea ferula & flagris qui militant,

Haud cruce aut laqueo tuo plectendi erant,

Hac reos virga receptos libero.

Privilegijs scholæ ne deroga.

Iud. Si in tuis castris iuuentuli militant,

Tolle eos & corrigas, iuri meo

Cessero. verum caueto, denuo

Ne manus meas facinorosi incidant.

Arist. Heus adeste, sequimini, vt scholastico

More corrigamini. Confidite.

¶ Actus quinti Scena septima.

Dimetriacatalecti.

Lorcoballus. Marlocappus.

PRòh Marlocappe Marlocap
Pròh superùm & inferùm fidem

Perij, ego me discerpiero.

Operam meam omnem perdidì.

Si præstitisses te vafrum,

Istæ feræ pulposulæ

Non excidissent cassibus.

Mar. Quid implicas me innoxium?

Solus nam Aristippus reust',

Contorque in istunc vngulas,

Qui contra phas hos abstulit.

Lor. In te nephande primitus.

Vlciscar omnem iniuriam.

Propter tuam nam ignauiam,

Orci manent nos vincula,

Et verbera, & picis igneæ

Commista sulphure pocula.

Experiar in te hanc fuscinam,

Demens, rudis brutissime, has

Te propter ærumnas fero.

Mar. Heu heu miser dæmon, quod haud

Commiseram infælix luo.

Lor. Fugiamus hinc, tuba intonat.

Frendens citat nos Lucifer.

¶ Actus quinti Scena octaua.

24

Iambici trimetri catalecti.

Captiui. 2. Matres. 2. Aristippus.

Oluppiter supreme seruaſtin' nos?
In ſomnio hæc audimus, an re vera
Num liberi ſumus, an adhuc morimur?
Ex ipſius lethi videmur fauce
Erepti, & aura veſcier vitali.
Cuius putas age gratia redempti?
Mat. Ognati Ariſtippus magiſter veſter
Fuit vnicum vobis refugium, & hic vos
Authoritate præditus ſeruauit.
Acceptam huic ſoli feratis oportet
Veſtram ſalutem, ſpiritus dum hos artus
Vegetarit. Capt. euge, ô doctör, ô præceptor,
O cuius optima conſilia procaces
Præſumpſimus ridere & aſpernari,
Nunc pænitentes ſulcipe, & condona
Quæ in te prius commiſimus delicta.
Cerne poplites flexos, manus comploſas.
Lapſum probroſum corrige & caſtiga.
Recipe faciles quos paſſus es rebelles.
Ariſt. Remitto quod commiſſum erat delictum
In me, remitto iniurias, probrumq;
Capitale virgis expiari debet.
Sequimur. Capt. actutum ſequimur vterq;
Plus dediti ad plagas, q̄ ad impietatem

Vnq̄ fuimus in hunc diem procliues.
Valete matres, mox domi videndæ.
Marr, Valete filij, domum aduolamus,
Vos cum didascao optime excepturæ.
Quemq̄ obsecrabitis, vt sua pro summa
Velit modestia adesse vel pertino &
Pithagorico conuiuio nobiscum. Ne amabo negli-
gatis hæc correcti.
Capt. Qui negligamus hæc? Valete matres.

¶ Actus quinti Scena nona.

Trimetri catalecti vt superiores.

Philotecnium. Cacolalia.

NVnc ô Cacolalia dat mihi intellectum
Vexatio, nunc displicet tam laxa
Gnati educatio, sero sapimus omnes
Dij boni vestram fidem, quis vnquam
Adesse rebus a deo desperatis
Spem crederet? Cac. Philotecniū quod honesti &
Boni viri consilia spreuimus, non
Potuit fore impunitum. At intus
Dicam, quam gratiam beneficio referemus
Rerum omnium iusto gubernatori
Deo agamus ante gratias. Ploremus
Ea quæ hæctenus commissimus. Ph. bene suades
Templum petamus primulum, quo agamus

Hæc commode, de in libros visuræ,
 Quos orci ab ipsis faucibus præreptos
 Recepimus. Cæc. recte mones, eamus,
 Cœnamq; post didascalum, vicinis,
 Amiculisq; proximis paremus.

¶ Actus quinti Scena decima.

Trimetriacatalecti.

Didascalus, Dyscolus, Clopicus.

CÆsos flagellis filij mei acribus
 (Ut dignum erat) pœnæ necis, cui obnoxij
 Fueratis, ambos eximio. Verum amodo
 Cauebitis, ne quid simile patretis. hoc
 Certo scientes, quod tametsi verbulo
 Nutûve potuero, amodo non eruam.
 Neq; enim deceret nostri honorem nominis,
 Ludûmve nostrum, pestilentes quoslibet
 Fouere, prætex tuq; virgæ admittere.
 Dyl. Hos q̄ diu gubernat artus spiritus,
 Nil contra honestatem (quod ad me pertinet)
 Contrave leges publicas commisero.
 Nec contumacem senties, dum sub tuis
 Castris magister chære militaero.
 Modo hanc mihi cæso remitte noxiam.
 Clo. Dum luce in hac morabor, & oculis meis
 Cœlum intuar, prorsus nihil patraero.

D. .i.

Oculos quod offendat tuos Didascale,
Si modo mihi cæso hanc remittas noxiam.
Ingratitudinis a modo haud nos argues.
Did. Remitto quæ commissa dudum plangitis.
Nec propter hæc delicta me experiemini
Amariorum, q̄ fuissem innoxius.
Date operam, vt id quod filij promittitis,
Præstetis opere sedulo. Dyl. præstabimus.
Did. Hunc animum & has promissiones supplices
Mox pariter exhibebitis parentibus.
Vt quas dolore affecit ante licentia,
Nunc recreet condigna pœnitentia.
Clo. Præceptor exhibebimus. Sed obsecro, vt
Nobiscum eas ad vesperum conuiuium, id
Quod vtriusq; te parens efflagitat
Obnoxius. Did. non est necesse filij.
Dyl. Et nos magister obsecramus adfies.
Did. Adero, præite, & matribus procul obuijs
Procidite sponte supplices. Dyl. facessimus.
Sed obsecro sequare nos. Did. Ite, assequar.

¶ Actus quinti Scena vndecima.

Trimetri vt præcedentes.

Philotecnium. Cacolalia.

Nunc singulis recte paratis tempus est
(Vt statuimus) Didascalum primū omnium

Accersere, atq; liberos (ne forte sint
 Nimio pudore pauidi) in ædes proprias
 Reducere, & reliquæ familiæ iungere.
 Cac. Quin ipsa id optimum fore arbitrata sum,
 Verum caue cognata, ne quid sentiat
 Remissius præceptor erga liberos
 Nos exhibere denuo, ne per meam
 Vel per tuam indulgentiam tantis viri
 Beneficijs videamur ingratissimæ.
 Ph. Huiusmodi nil suspicare Cacolalia.
 Nam mollis ille quondam animus adeo mihi
 Induruit, post liberorum facinora &
 Horrida necis pericula, vt iam malim eos
 Ter acribus virgis videre faucios,
 Vbi meruerint, q̄ admittere semel ad osculum.
 Cac. Iam sapias, & vtinam læua non mens antea
 Fuisset vtriusq; nostrum, & in hoc probrum
 Non incidissemus, Sed eccos liberos
 Se post flagella vestientes denuo.
 Ph. Miseret me eorum fateor, at præstat flagris
 Litere cæcos acribus, quàm pensiles
 Sese & suos afficere probro iugiter.
 Cac. Præstat profecto maxime, sistamus hic.

Actus quinti Scena duodecima.

Trimetri vt præcedentes.

D . 2

Clopicus. Dyscolus. Philotecnium. Cacolalia.

Quam pudet matrem meam mi Dyscole
Sic conspiciari laucium. Dys. me quoque pudet.

At pudeat eius criminis multo magis,

Quod reddidisset utrunque longam literam,

Sinon gulae lacum abstulisset vir pius.

Iam à matribus veniam impetremus supplices.

Clo. Et hoc & illud admones iure optimo,

Frecemur Dys. obsecro mater hanc mihi noxiam

Furti remitte & insolentiae, quibus

Dolore te affeci & pudore maximo.

Ph. Condono, quicquid haecenus deliqueris,

Sinonibus posthac probis te videro.

Dys. Me spondeo probis futurum meribus,

Nec quod tibi displiceat aeternum amodo.

Clo. Similique mater ipse pernititudine

Ductus, tibi probitatem in auum spondeo.

Obsecro remitte noxiam. Cac. remisere,

Verbis tuis si facta corresponderint.

Surgite, nam adest Didascalus, qui & vnicus

Vestrae salutis autor & saluator est.

Hunc supplices veniam (vt decet) regabitis.

Ph. Quid ni rogent grauissime offensum? Dys. Id
quidem

Iam supplices perfecimus, virum quiete

Vix annuente ad vesperum conuiuia

(Vt vtrique iusseratis) inuitauimus

Ph. Fecisti sistuc optime. Secedite. Clo. hem.

Actus quinti Scena decimatertia.

Trimetri vt superiores.

Philotecnium. Cacolalia. Didascalus. Liberi.

Salue magister, expectatus aduenis.

Cac. Salue magister. Did. identidem saluete vos

Vt exhibent se liberi? Ph. probe ac pie.

Et (vti videbas) supplices ignoscier

Sibi postulant. Did. Ignoscite, ipse comprecor.

Nec phas enim post flagra amaritudinem

Irae aut proteruiæ inesse vestro pectori.

Ignoscite itaq. Cac. Ignoscimus quanquam agrius.

Ph. Ignoscimus magister, at scio, scio, scio,

Quantum doloris & pudoris intulit

Mens mihi. Did. file, amodo sibi cauerint.

Reddent enim illos cauciores proxima hæc

Discrimina. Cac. cauebunt quidem si sapuerint.

Did. Heus vos, adeste. Lib. hem. Did. quidnam ab hæc

promittitis?

Dyl. Promissimusque & denuo promittimus

Nos fore probos & integros. Clo. promittimus

Did. Remitte oro. Ph. remittimus. Cac. Remittimus

Tuque obsecro nobis remitte quod improbe

Commisimus. Ph. te idem magister obsecro.

Et haectenus desideratus sobriae
(Te quaeso) adesse non graueris cœnulae, vt
Hodie viris foras profectis vesperi
Nobis fies & liberis solatio.
Did. Remitto facile, & alterum est gratissimum, id
Quod & hi rogarunt me ambo vestro nomine.
Cac. Id iusseramus integris affectibus
Præcede nos. Did. Præite vos, ego subsequar.
Tyrunculi in laudem dei ora soluite.
Dein sequimini. Dyf. haud grauatim soluimus.

¶ Actus quinti Scena decimaquarta.

Hymnus Sapphicus.

Vterq; Discolus, Clopicus.

L Audibus largam celebremus erga
Nos dei nostri bonitatem, ab omni
Qui reluctantes rapuit periculo
Mortis acerbæ.

Dyf. Laude te Patrem euehimus benignum,

Qui per ardores crepitantis ignis

Præcipuaque raptos gelidæ pauores

Vltro reducis.

Clo. Laude te celsum medicum leuamus,

Qui incutis plagam & subito mederis.

Ducis ardentem ad phlegetontis vndam

Atq; reducis.

Dys. Laude te summum euehimus patronum,
 Qui leonina rabie repressa,
 Eruis mentem è baratro ferino
 Dæmonis atri.

Clo. Laude te Patrem veneramur orbis,
 Qui tuum gnatum nece terminari
 Iusseras, quo nos repararet almo
 Pneumate vitæ.

¶ **Grex per Epilogum.**
 Trimetri acatalecti.

PVdica vobis acta spectatoribus
 Hæc fabula est. qua non modo spectantium
 Mens casta nullis impudicis gestibus
 Infecta sordeat, sed & paradigmate
 Lepido erudita cauta sit. Matres proin
 Cauete, ne vestram per indulgentiam
 Vestri insolecant liberi ob licentiam.
 Caueat puer quoq; ne insolenter obstrepat
 Didascalis, sed institutis integris
 Et moribus probis det operam sedulo.
 Ne ignaua ac luxu in necis laqueum irruat,
 Vnde eripier in sempiternum haud possiet,
 Si vult. s, & si placuimus. iam plaudite

¶ **Finis Rebellium.**

Handwritten text at the top of the page, likely bleed-through from the reverse side, including the words "L'Édit de 1763" and "Le 1763".



ALVTA

MACROPEDII FI

bula admodum iucunda &

lepida, denuo recogni-

ta, & Traiectinae

iuuentuti de-

nucupata.

pata.

¶ Ad Lectorem.

SI hæc videatur plerisque in locis hiulca aut minus elaborata, non mireris cædide Lector, quod in diebus quatuor urgente tempestate prorsus (ita ut est) absoluta sit, nihilo tamen minus executo munere scholastico. Volebam quidem dudum eius nonnulla in meliorem quandam formam redigere, verum ut vidi minoris negotij esse nova eudere, quam vetera reparare, paucis sparsim interiectis, cessi laboribus. Ceterum quicquid id est quod æditur, pueris æditur.

¶ Argumentum in Alutami.

Heinonis vxor Aluta vendit in foro
Altilia, scurræ credita pecunia,
Sed pignori gallum reseruans, proximum
Ingressa in ænopolion edit & bibit.
Cum tandem inebriata soluendo haud foret,
Frustra morata debitam pecuniam,
Regredi domum priuata gallo nititur,
At pressa somno, emptore ab ipso vestibus
Spoliatur, ac laruata reti luditur,
Tandem excita vt domum redijt insaniens,
Per sacrificum, causa agnita, restituitur.

¶ Dramatis personæ.

| | |
|------------------------|-----------------------|
| Prologus cum Moro. | Dromellus seruus. |
| Aluta vxor. | Mistonis sacrificus. |
| Heino maritus. | Grex seu Epilogus. |
| Spermologus parasitus. | Chorus Mimallonum. |
| Harpax scurra. | Bacchus persona muta. |
| Tolmesia caupona. | Tribules personæ mutæ |
| Ancilla cauponæ. | |
| Pædium puer. | |

E. 2.

PROLOGVS IN ALVTAM

cum Moro. Carmen vbiq; iam

bicum trimetrum acatalectū

est, præterquàm in Cho-

ro vbi Dime-

trum est,

MVlierulam prodire quam videbitis,

Mittit maritus in forum v&mundare.

Altilia, pullos, anseres, anates quoq;

Et id genus volucrium ex cohorte pluria.

Duobus implanata quæ nebulonibus,

Suauiusq; inebriata poculis,

Mox quemadmodum bacchabitur, spoliabitur,

Curabiturq; (si libet) spectabitis.

Nec plura de argumento ob artem comicam

Me proloqui scriptor iubebat fabulæ,

Nisi quod sit huic Aluta nomen fabulæ,

Paucis tamen vos ego monendos censi.

Audite & animaduortite ergo, quæ impero,

Seruanda : si secus suant qui fecerint.

Faxo sciant quàm edictiones histricas

Temerarij contempserint. Mor. cho. Prolog. sile.

Primum omnium ne indoctiores hic strepant,

Aut sibilis aut mussitationibus.

Doctos quod admonere neuiquam est opus.
 Suate qui probitate vbiq; sibi imperant.
 Ipsos tamen non negligendos arbitror.
 Si quicq; inepte exhibitum, & inconcinniter
 Prolatum erit, non in Poetam ganniant,
 (Quid dico? in auctorem volebam dicere,
 Nam auctor Poetae nomen haud sibi arrogat)
 Sed Histrionibus tumultuantibus
 Indulgeant, gratuita & aequi consulant.

Dico omnibus, sed maxime pctulantibus,
 Ineptulis, & parvulis, ne lusibus
 Puerilibus, cachintulisq; tinnulis
 Nos distrahant, ne vapulent. Mor. che. Prol. acce:
 Mor. tam ne semel quidem loquar, tam ne fileo:
 Prol. Sed & volo, ne quis (quod ante oportuit
 Factum) aut ab aluo crepitet, aut foedum halitum
 Spiret, ne odore graui theatrum purreat.
 Penè excidit (quod dictum oportuit prius)
 Quamitis vt in triclinio discumbitis,
 Variatq; nic'e. ut fere la bacchata lititi;
 Non tamen in os vobis volabunt phasides;
 Non anseres, non turtures, non turduli;
 Nec delicatae artocrae, aut placeatulae.
 Quod histriones nil diant nisi fabulas,
 Preinde quod quisq; apparauit, edat domi.

Nisi sit fatum scena soluta fabulis.

Heus tu puer qui commodissimum locum
Theatri occupas, tibi dico, & omnibus, ne iners
Socorsve torpeas, sed ore, naribus,
Oculis, & auribus, manibus, & calcibus
Attendito, auscultato, & animaduortito,
Nequando stertentem choragus te audiat,
Discasq; verbere, verbulo quod negligis.
Aduertite itaq; singuli, sedete cum
Silentio, caueata Aluta (vt dixeram)
Suis onusta a trilibus actutum exiet.
Videte ne clamore vestro, aut ipsa aueris
Territa reportet, aut aues timidæ auolent,
Vanúsq; fiat hic apparatus scenicus,
Et tota vestra intentio frustrata sit.

ACTVS PRIMVS ALVTÆ:

Scena prima.

Aluta sola.

MECASTOR improbū est genus hoc
hominum, diem
Totū hic fedebo, & nemo erit qui por
rigat.

Vel crustulum panis vel haustum aquæ: ego quidē
Sto, refitto: sedeo, resideo, nemo omnium

Imitat aut salutat, at quasi stupidum
Me truncum habent, & si alloquor, muti silent.
Multo secus Beata, Greta, Bernula,
Et Metta, conuicaneæ metra trahant.
Verùm improbum id genus quod vrbes incolit,
Nam raper e duntaxat studet, nihil dare,
Quod si anseres pullosq; gallinaceos
(Quis maxime inhiant voluptuarij)
Mihî fraude suppilare possent, illico
Festum hunc diem sibi ducerent meq; miseram
Ludibrio habitam pellerent: Verùm mihî
Meisq; caetero, caueam obturabo, ne
Cuiuspiam introrepat huc manus rapax,
Videone vt vnus & alter huc spectet? scio
Iam quisq; tractat, si queat pro re mihî,
Dare verba: verum Alura (vt inquam) cauerit
Heinonis vxor, ne dolo implanariet,
Cuiuspiamve astu queat spoliariet.
Accedite, appropere, & emite quilibet
(Præsente sed pecunia) a talia mea.
Sola est opus pecunia, bibendum erit,
Edendum erit post paululum: sol cardini
Iam proximust, & venter vt far clicus
Canis esurit: e hodium huc voluptuarij
Adeste, nam paruo admodum variuudabo.

¶ Scena secunda actus primi.

Spermologus. Harpax.

ITa sancta amet me Saturitas, hac muliere
Ameniore(m) (quod sciam) vsquam gentium
Non vidi in hunc diem vsq. Si necessitas
Me adigeret, omnia eius a lilia queam
Dicto facilius tollere. Harpax obuius
Cuius quidem ventrem tam inanem ac flaccidum
Modo suspicor, quam pera pastoralis est
Sub vesperem. Harpax vt tuæ fortunæ
Se habent? Quid ouis casta retis est? nihil
Piscatum in hunc diem? Har. nihil, perco fame
Miserrimus nigerrima, nunc tertius
Agitur dies, quo præter holera putrida
E compitis collecta nil gustauimus.
Quid multa? venter hic meus tam flaccidus,
Quam inanis hac retis, cruci me destinat.
Sper. In portu adest salus tibi, confidito.
Har. Non fido, quando ab occidente & miseria
Venti mihi flent iugiter. Vale. Sper. heus. Har. quid
est.
Sper. Si potis es Harpax callidus depromere.
Id quod bibamus : faxo ego, vt venter tuus
Tam flaccidus sesquipede iam extet turgidus.
Har. Vah, perijt ars parasitica : vnde pessies

Sic amplius consulere nostris ventribus

Tam inanibus? Sper. scies cum aqualiculum hunc
tuum

Ut tympanum extensum cibo palpaueris.

Har. An vera Spermologe refers? Sper. verissima.

Har. Id sancta faxit Saturnias, sed quo ordine?

Sper. Vides ne stolidam feminam illam, & quid
ferat?

Har. Quid ni? cohorrates aueis, quamplurimi

Ut vaneant, obrudat vltro singulis.

Sper. Illam ego ut auem delusero, mercem au-
feram.

Har. Quo pacto id obsecro? Sper. & sum & no-
men viri

Modo prodidit. Har. tibi cognitam finges. Sper.
sapis,

Et proximam, sed adior mulierculam,

Nem anteuertat quisquam ex nugigerulis

Circumforaneis, perinde qui atq; nos

Huiusmodi aucupio student. Har. nil certius.

I pra, licere blanditer. Sper. quin actum agis,

Sed audin? Har. hem. Sper. ad sis tempori. Har. me-
morem mones,

Vbi erit opertinum assequar, vade ocyus

Ne transferat merces, quia loco se mouet.

Actus primi Scena tertia.

Aluta, Spermologus, Harpax.

Quid monstri hoc est? phœbi umbra sit breuissima,

Gallus meus medium diei nunciat,
Nec quisquam adhuc licitatus est, aut præbuit
Argentum: In eminentiorem illum locum
Concessero: ibi resedero, & quosq; obuios
Excepero. Eccum, commodum, huc quidam aduo-
lat

Contorto in humerum læuum amictus pallio,
Quid cesso compellare? Adesdum, adesdum, ohe:
Et sequitur alter, ocyus uenundabo:
Heus quisquis es bone vir, licere, eme optima
Ac pingua altilia mea, anates, anseres,
Pullosq; pinguiusculos, gallum quoq;
Pulcherrimum, paruo admodum: ecquid restitas?
Sper. Quid restitem? id etiã rogas? num tu vxor es
Heinonis inclyta, nobilis, formosâq;
Alu. Eapfa sum, sed vnde me nosti ô bone?
Sper. Mea Aluta, mea cognata, non te nouerim?
Qui cum à tenellis vnguibus iocariet
Constueverim? antibi excidit Petronij
Tam dulce cognati tui nomen? Alu. rum' es?

Tum' ipſus ades? ô mi Petroni, ô mi nepos,
Quo lapſa tempora? non quidem agnouifſem in hoc
Te atro cucullo, niſi teiſum proderes.

Har. Hic hercle homo verſutus eſt, facillime
Album eſſe nigrum huic (reor) perſuaſerit,
Porro indicat mutu ex foro ſcedere.

Alu. Stupeo admodum cognate mi, ſed quaſo die
Num cauſa emendi me adieris? Sper. pol neutiq̃,
Verum vt ſalutem te aduolo: nihilominus
Si de emptione res agitur, eſt qui petat.

Alu. Quiſnam ipſus eſt? Sper. conſors meus', obam
bulat

Hic vſpiam: vbi modo vagatur ipſe homo?'

Alu. Poſt angulum illum forſitan ſe tranſtulit.

Sper. Ita ſuſpicor, vin' quaeritem? Alu. quid ni? ob
ſecro

Actutum abi, ſi fors queat reducier.

Sper. Lubens faceſſo, in rem tuam ſtatim hic ero,

Cauere alteris nobis emenda diſtrahas.

Alu. Nequaquam agam, vobis enim ſeruauero.

Bene ambula, ac redambula: ille abiuit, &

Me principem facturûs eſt, ſi redierit.

Sper. Tam noſtra præda, noſtra quam lux ſolis eſt,

Sed ante conuenire oportet Har paga.

¶ Actus primi Scena quarta.

Alura sola.

Vestram dii fidem quis vnquam id augeret?
Semel omnia accidunt mihi ex sententia
Cognatus antiquus, nouus amicus, fides.
Reducta quæ exulauerat, si adduxerit
Quem abisse porro condolet, in eo ipso enim
Mihî totius peridet salutis anchora.
Periero fame, ni redeat emptor illico.
Sed eccium, vtrinq; conspicio, sum in vado
Modo spes meæ. At mora omnis est prolixior.
Nescio quid inter se loqui prudentiæ
Occiperint, nisi sit de emendis mercibus.

¶ Actus primi Scena quinta.

Spermologus, Harpax.

TE commode paulo prius subduxi. Har. chò:
Omissio ades ne obsonio? Sper. tacemodo, ac
Te principem spera futurum si velis.
Har. Hem, quin velim? quid vult agi? Sper. te prin-
cipem
Spermologus hic facturus est, si assenseris.
Har. Assentior, quid postea? Sper. te nobilem hoc
Die. Har. licet. Sper. regem. Har. licet. Sper. Cræstum
dabo.

Har. Apage, vel olectum facito me, modo commodes

Sper. Ego faxo in ipsas Cræsi opes mox irruas.

Har. At Cræso missio nunc vel harpaga satura.

Quid facto opust? Sper. parum admodum, tute
emeris

Altilia. Har. tute te magis suspenderis.

Cui nec obolus est quidem, quo restim emam.

Ego emero? in crucem tu abi malam, ego emero?

Sper. Hem hem file, tu emes, ego fidem iussero.

Intelligenti pauca, caue ne exaudiat.

Tua dicta fac verbis meis respondeant.

Actus primi Scena sexta.

Spermologus, Aluta, Harpax.

V T hic fidelem experta, in alijs vttere,

Mea Aluta, Alu. mi cognate, hic est quem
dixeras?

Sper. Pol ipsius, en hominem, omnia istæc qui auferet.

Alu. Dara pecunia? Sper. quid istuc? maxime.

Alu. Non queo Petroni dignum vt est rependere.

Har. Quanti hæc familia? Alu. quindecim sestercijs,

Minutulum est. Har. hui, nimjum id est, decem dabo.

Alu. Haud quaquam erit, nam pinguiuscula est. Har.
fat est.

Nam paruuli pulli admodum ac tenerrimi.

Alu. Hoc delicatiora erunt opsonia. **Sper.** hem,
Ago proxeneta, assem adhibe. **Har.** cho, addo. **Alu.**
non satis.

Sper. Sat Aluta, Alu. non, **Sper.** addes teruncium &
auferes.

Har. Nimiū est Petroni. **Alu.** etsi minust' habeat sibi,
Tuam auferat cognate mi per gratiam,
Hem, nummulos primū. **Har.** dabitur primulum.
Papæ. **Sper.** heus, vt est? **Har.** male, quia zonam per
didi.

Sper. Nugæ, domi liquisti. **Har.** id hercle suspicor.

Sper. Certo scio. **Har.** sic? salua res, tu soluito,

Reddam domi. **Sper.** fidem iubebo, tollito.

Alu. Malim adferat, tantisper hic morabimur

Dum redeat. **Har.** ah, non plus meruit huius fides?

Sper. Gallū relinque pignori. **Har.** do pignori: hem

Habeat, moretur paululum. **Sper.** ocysus redi.

Har. Ocysime: sed heus tu, vbi te offendero?

Alu. Ad aureum Leonis inter signium,

Illic edendum, illic bibendum erit prius

Quam abeam. **Har.** hem, **Sper.** sapis profecto, curas
fis cetera.

Alu. Verūm age nepos illum reducito citius.

Sper. Quin tu taces? vterq; iam te intrō sequimur.

Bellos homunculos ibi acturi: vale.

Alu. Vale Petroni: hic admodum propensus est
 Mihi, ni amicus esset haud se impenderet,
 At pignori accepisse gallum certius,
 Multoq; certius: nam in vrbibus dolus
 Q; plurimus: gradior in cenopolium,
 Vbi ventrem in hoc vico prius purgauerim.
 Sper. Edat, bibat, & inebrietur stolidus, ego hinc
 In ganeum procedam, vt alloquar Harpaga,
 Fors queat adhuc toga inebriata tollier.

¶ Chorus ex Bacchidibus
 seu Mimallonibus.

Iacche Bacche ohe ohe

O Bacche Iacche ohe ohe

Ornate Bacchanalibus

Bacchum corona baechides,

Iacche Bacche ohe ohe,

O Bacche Iacche ohe ohe,

Rifu, iocis, & poribus

Baccho parantur orgia.

Iacche Bacche ohe ohe,

O Bacche Iacche ohe ohe,

Bacchi furore corripit

Certus oportet menadum,

Iacche Bacche ohe ohe

O Bacche Iacche ohe ohe

Io Bromi liber pater,

Io Priape, Iacche io,

Iacche Bacche. &c.

Alius Chorus extra Bacchanalia

ex matronis Bunscocticis.

F Ex generis humani est genus

Parasiticum, Iurconicum

Scurrarum, & id genus omnium

Qui in ocio ventri student.

Hi callidos facetijs,

Hi simplices astutia,

Hi singulos fraude ac dolo,

Pro ventre passim irretiunt,

Hos nisi magistratus veluz

Fures latronesq; aut lupos

Ac tigridas e republica.

Rascrip, eam corruperit,

ACTVS SECVNDI SCENA I.

Aluta, Tolmesia caupona, Ancilla.

P Rudentis est nostratum prouerbio

Ventrem prius purgare q̄ aliud ingerat.

Iam re absoluta pulsandum est ostium.

Qui has fores recludet, ecquis aperiet?

Pultabo validius, quis inquam aperiet has
Ambas foreis? exaudit hic nemo omnium?
Tol. Heus ohe, vt importuna: quis vult ingredi?
Alu. Cum gallo ego ipsa Aluta gallinaceo,
Reclude dum, quod edatur ac bibatur huc
Mox adferatur splendide. Tol. est pecunia?
Alu. Mox aderit, heus. Tol. hem. Alu. quæcūq; dulcia
sint. Tol. licet,
Modo splendear pecunia. Alu. ah pecunia?
Limus pecunia, vina dulcia, blandula,
Massicæq; prome, audin? Tol. vel insanit, vel est
Ebria mulier. Anc. vtut est, videbitur illico.
Alu. Iam numerat argentum mihi, mox tinniet,
Vt imperatrici inclytæ mox offerret.
Age Aluta lætum ducito hunc diem, ades ehodum,
Ehodum puella, quin ministras fercula?
Quin Bromius assilit? Anc. hem, en prior tibi con-
gius.
Infunde, bibe, dein soluito. Alu. curabitur.
Anc. Nisi tute cures, gallus heic seruabitur.

¶ Actus secundi Scena secunda.

Spermologus, Harpax.

DElusimus probè mulierem per Iouem,
Ignoro tamen vbi nebulo sese abstruserit.

F. 11.

Cui se popinae fornicive immerferit,
Nam ganeum lustravi & vnum & alterum,
Nec paret vsquam genium: hoc equidem scio,
Vbiubi sit, larido esse pestem maximam,
Sed adest homo quem quaerito, paulò alacrior,
Portas pecuniam? Har. ha ha he, nil residuum est?
Sper. Toga admodum bona, pulla, duplex, ciuica,
Har. Nostra est, modo ebria sis, latebo clanculum,
Alio alloquar in itinere schemate. Sper. hem, vide
Quid possies, crepat ostium, cedamus hinc.

¶ Actus secundi Scena tertia.

Aluta, Tolmesia, Ancilla.

Q Vidum moratur perfidus, qui sese ait
Quanto cyus rediturum, & argenum mihi
Daturum? Tol. ain' vero pecuniam tibi
Morarier? Alu. sic dico, Tol. quibus ex mercibus?
Alu. Altilia quispiam emit, illi credidi
(Quia perdidit zonam) pecuniam. Tol. obsecro
Quantam? Alu. vndecim sestertios, Tol. nouisti
eum?
Alu. Non ædepol, sed cum Petronius mihi
Cognatus ut confortem & intus & in cute
Nouit. Tol. quis hic cognatus est tuus? quis hic
Petronius? Alu. qui se nepotem dixerat,

Quid adduxerat hominem, fidem qui iusserat,
 Tol. Impostor ille fuit, nec est in vrbe (quod
 Sciam) vir istoc nomine. Alu. heu me miseram, vtur
 Mihi callidi imposuere, subdoli & vafri.

Verum hic relictust' pignori gallus: putas
 Reliquerint mihi tam animosum ἀλέκτορα?

Non id putes, mox aderit hic pecunia,

Mox aderit & Petronius. Tol. mox mox, nisi

Mox solueris, (quia vsq; mox) gallus meust'

Nam aliquid volo potius rapere, q̄ nil dari.

Alu. Sic impiè tollésne delirias meas?

Quantum est quod edi, quod bibi? teruncio

Solui potest, Heionis vxor sum, dabit

Lubens, forum si quando reda accesserit

Tam ignota Aluta? ignotus Heino? Tol. nescio

Quis Heino sit, quæ Aluta sit, treis congios

Tu ternio potasti optimi vini, pro eis

Aut as repones, aut ἀλέκτορα vendico.

Alu. O peruigil custos domus, sicine migras

Cortem id alienam? ibo & querar viro meo.

Anc. Non longe abibis quin Bromius te sopiet.

Hem, exi, pauimentum domus ne conuomas,

Fœdésve multo turpius, cloacam adi.

Alu. Exoncrem vt aluum denuo hinc secessero.

¶ Chorus menadum.

F .2.

Iacche Bacche ohe ohe,
O Bacche Iacche, &c.

¶ Alius Chorus matronarum.

Honestæ cauponaria,
Censetur inter diuites,
At mihi videtur improba,
Quæstusq; sordidissimus.

Quid fœdus q̄ promere,
Quo inebriant se reprobî,
Reddântq; mentis impotes,
Immò ex hominibus bestias.

Hoc caupo auarus expetit,
Vt maxime vino oppleant
Se, tum viri tum feminæ,
Et vomitum ad vsq; ingurgitent.

¶ ACTVS TERTII SCENÆ I.

Harpax, Spermologus.

E Viculo vides labantem bacchidem,
Viam per omnem eructuantem crebriter
Ingurgitatam crapulam? Sper. video, tuum est.
Har, Quidnâ? Sper. rogas? an nō spondidisti modo
Sacroq; fœdere deierasti, lancibus

Meis tura adfunera abunde pocula?
Har. Iuravi, & vltro tibi probe perfecero.
Sper. Quonam modo? Har. scin' quid prius suggereris

De duplici toga? Sper. hem, immo perge dicere,
Har. Iam cespitat, dormiturit, mox vspiam
Sub arboris sopita fronde concidet,
Aut propter aggerem, vel in salebram, ibi
Industriam meæ artis exerceuero, Sper. abi,
Sequar breui. Har. audin' ? Sper. quid? Har. sequere
q̄ mox. Sper. modo,

Har. Quam plena curarum est & anxia vita, quæ
Hoc retiaclo comparat victum sibi.
Rete, dolus, impostura, furta, sunt meæ
Artis peritia, inde crux, hem. Eccam ebriam
Hanc vomitam, vt obliquis viam metitur hanc
Gressibus, & vsq; conuomit, sequar eminus.

Actus tertij Scena secunda.

Alura, Harpax, Spermologus.

O Galle galle vt es subductus, &
Reliqua familia tota. Dij vestram fidem
Petronius, Petronius, dolus, dolus.
Vt cuncta voluunt sinistro ex ordine.
Cælestia & terrestria occidunt, pedes

Nutant, caput dolet admodum: caput, caput,
O Heino serua vxorculam tuam obsecro, &
Har. Modo est adire commodum, quia labitur,
Mercurius adfit: Ecquid est coniunx mea?
Quid ægra ades? quid sordida es mea Alutula?
Alu. O Heino serua Alutulam tuam, labo.
Har. Ego, ne time, te sustinebo Alutula.
Alu. Nō sum, puto, illa quæ olim eram tua Alutula,
Hic dormienti accumbe. Har. ego accubucro tibi,
Et mollius posucro. Alu. operi vultus meos,
Vertuntur omnia, terra, cœlum. Har. operirier
Vitrane vis? Alu. volo, nā ea optima est. Har. togam
Ne conuomas num detrahi cupis? Alu. volo, &
Har. Sic sic, ita omnia simul impura euome,
Sper. Per Herculem scelesticrem neminem
Vidi hoc homine, togam tenet, vestes quoq;
Præcidit vsq; ad fœmora: quis me hercle vel
Nequissimus tam fœda, tam insolentia
Tenuerit? nunc absolutus technicis,
Versutijs suffarcinatus omnibus
Redit alacer. Har. num egi probè negocium?
Sper. Ita sancta me amet Saturitas scelestus es
Harpax: qui id actum? vbi recis est? Har. dicam tibi
Vbi viculum hunc tutum subierimus. Sper. sagis,
Har. Gancum adeamus nunc, & ollas carniū.

12
Hæc præda suppeditabit ampla pocula.

I Chorus Mimallonum.
Acche Bacche. Ornate bac. vt supra.

¶ Alius Chorus Matronarum.

Fœda est quidem ebrietas viro,
At mulieri fœdissima,
Natura enim hæc infirmior,
Quod hauserit fœde egerit.

Vt se sues spurcissimæ
Cœno lutoq; immerfant,
Ita inebriatæ feminae
Vomitu, atq; oleto se inquinant.

Ad mulierum temulentiam est
Ita alligata impuritas,
Vt lingua, sensus, & manus
Nil tractitent nisi turpia.

¶ ACTVS QVARTI SCENA I.

Heino, Pædium.

Quid hoc esse suspicer quod vxor nondum
adest,
Sol vergit in decliue, & instat atra nox.

I Pædium. Pæd. hem. Hei. atq; vise si vsquam ap-
pareat

Matercula, Pæd. è foro curiosus latra? Hei. ita
Pæd. Eo pater, verum timeo ne mordeat
Me lamia. Hei. nequaq̃, nam adhuc clarus dies.
Pæd. Si appareat nusquam pater, vis regrediar?
Hei. Regredere, caue ne longe abiueris. Pæd. licet.
Hei. Vade, interim nos tritico purgato, vti
Poposceras, pultem tibi parabimus.
Timeo hercle vero viserit frustra puer,
In thermopolio si eam quis duxerit,
Certe actum erit de re domestica hoc die
Et crastino, cum ad vina sic propensa sit,
Vt non quiescat donicum se ingurgitet.

¶ Actus quarti Scena secunda.

Aluta sola.

HEus ohe, vbi sum? quæ sum? quid inuor
vndiq̃?
Quis dæmonum me fascino? atq; in hunc
Orbem nouum perduxit vndiq; laqueatum? vt hæc
Mutata subito. Pròh supreme Iuppiter.
Nil terra, nil cælum est, nisi rete vnicum.
Non absq; causa mihi natare videbar, &
Piscarier. Num ego Aluta sum Bunsotica.
Heinonis vxor Hannij? an aliena sum?
In conscientia ipsa sum, immò ipsissima,

Verum in habitu prorsus aliena sum. Nam vbi
 Toga est? vbi riculum? vbi crumenula nigricans?
 Præcisa vestis vsq; ad anchas, sæda vix
 Subucula has nates tegit, plane occidi.
 Quò conferam me? cui loquar? ego neminem
 Agnosco, cuncta videntur vt labentia,
 Nullusq; nouerit, perñ plane modo.
 Heinonem adibo sciscitans num Aluta sit
 Domi. Si ibi, profecto nulla sum, at si ibi
 Non fuerit, aliqua spes mihi fors residua est.

Actus quarti Scena tertia.

Pædium, Heino.

Heu heu pater. Hei. quid est puellæ? Pæd. Ô
mi pater.

Hei. Quiesce, siste paululum, quid gnate fies?

Pæd. Heu mater. Hei. hem. Pæd. mater mea est. Hei.
quid mater est.

Pæd. Cerita prorsus est pater. Hei. mater tuæ?

Pæd. Etiam pater. Hei. qui scis? Pæd. obibat clamitās,
lactans manus, iactans caput, quasi lamia

Laruata faciem, insanit horrendum nimis.

Timeo admodum pater. Hei. sile filii sile.

Curabitur. Quid quæso id esse dixero?

Strigēs ne terruere vel cacodæmones

Nunc paruulum? Ibo foras, vt euentum rei
Videam.

Actus quarti Scena quarta.

Aluta, Heino, Dromulus

Tribules obsecro vestram fidem,
Heinonis hoccine pædium est, &
hæc domus?

Nisi mente tota capta sum, hæc ea ipsa sunt,

Quantum omnia intuar alieno schemate.

Hei. Supreme Iuppiter quid hæc portenderint?

Alu. Heino Heino, vbi vxor Aluta? nungd est domi?

Hei. Dij boni te Aluta seruassint, veni.

Alu. Haud quaquam, enim dic vero, an ipsa sit domi.

Hei. Tunc ipsa mea matrona, Aluta mea? veni.

Alu. An ipsa sum? Hei. tu ipsissima. Alu. at non sum
in habitu.

Hei. Ingredere, nos videbimus: proh Iuppiter

Quid auspicabor, quove me vertam miser?

Quis hanc misellam ita fascinoit? perdidit?

Quis consulat nobis modo? I puer ad sacrum,

Et sacrificum nostrum aduoca celerrime

Mistotum, vt exorzicet hanc miseriam,

Ne forte quouis Genio iniquo afflata sit.

Dro. Licet. Hei. vola. Dro. licet. Hei. cito veniat. Dro.

Hei. Nos interim studebimus vti dormiat (licet?

Parumper, ac tantisper hoc sub schemate
 Quo redite huc sinemus, ille dum aduolet.
 Neq; dubito cum cum sciuerit, mox adfore.
 Ingressus itaq; habebo curam coniugis.

I **Chorus.**
 Acche Bacche. Ornate. &c.

N **Alius.**
 Nil grauius est viro bono,
 Quam habere stultam coniugem,
 Cum illi foris & in ædibus
 St vsq; pestis maxima.

Hæc derogat famæ viri,
 Corruptit omnem familiam,
 Rem dissipat domesticam,
 Præsertim vbi sapere se putat.

Dixisse præstat effera,
 Pigram, superbam, aut inuidam,
 Quam stolidam & amentem, rei
 Cui nulla cura domesticæ.

ACTVS QVINTI SCENA I.
 Alura, Heino.

Dolus dolus, malus dolus, Petronius,
 Gallus meus. Hei, quiesce Alura paululum,

Non est dolus. Alu. dolus dolus, Petronius.
Hei. Quisnam Petronius? Alu. nepos, dolus,
Petronius. gallus meus. Hei. mirabile hoc
Infanxiæ genus: memorat gallos, dolos,
Petronios, sed occipit quiescere.
Si dormiat, spes aliqua curæ erit, foras
Prodibõ, dum veniat sacrificus, eccum adest,
Indutus albo supparo, cinctus stola,
Se signat vndiq; (nescio quid) murmurans.

¶ Actus quinti Scena secunda.

Sacrificus, Heino, Aluta.

Quid hoc mali est Heino, qd vxori accidit?
Hei. Mifstote tota spes mea est in te vnico,
Sacr. Vbi, quo modo, & quando accidit? Hei. mane
exijt

Mente integra ad forum, redit iam vespere
Lymphata, rapta (nescio quo) dæmone,
Clamat, vomit, aliena loquitur, nullus est
Rationis vsus, tu vide quid possies
Per verba sacra, quo sciam quid factõ opust?
Sacr. Dabo operam, at vbi posuistis illam? ducite
Me intro. Hei. en misellam, vt vultibus tortis iacet.
Mist. Hui, quidnam hoc est quod rete caput obtulit
uirus?

Hei. Comparauit ita, neq; temere tentauimus
 Resoluere. Sacr. auferatur, hec non quodlibet
 Fore recte, sed nebulonis auguror. Alu. dolus,
 Dolus. Hei. hem, occipit. Alu. Petronius. Sacr. quis n̄
 ipſus eſt ?

Alu. Tenebrico, gallus meus, ſeſtertij.
 Hei. Hęc vſq; cantat. Sacr. ſingularis admodum hęc
 Inſania eſt, ſeorſum abite paululum.
 Hei. Paremus, haud enim decet myſterijs
 Sacris adſeſte ruſticos, ſtemus procul.

¶ Actus quinti Scena tertia.

Miſtonus ſacriſ. Aluta.

IN nomine patris, atq; filij, ſacri.
 Quoq; ſpiritus, cede maledicte diabole
 Ab hac Dei ſamula, & da honorem illi Deo,
 Qui iudicare mortuos venturus eſt
 Viuoſq; per ſtammam. Alu. hens Bromi, heus Tacche
 adeſ.

Miſt. Ego te Bromi exorcizo, Tacche adiuro te
 Per filium Dei, vt vel exeas, vel vt.

Alu. Phi Bromie phi, phi Bacche phi, q̄ amarus eſ.
 Miſt. Vin' dulcia? Alu. hē, ſint queq; dulcia, maſſica,
 Mox emptor ſoluerit. Miſt. per Herculem patrēmq;
 Liberum, non admodum hęc mulier malo

Afflata numine est, vt audijs mysteria,
Mox vltro profluit, nocens solo halitu,
Quem prouens post se reliquit, foetido.

¶ Actus quinti Scena quarta.

Heino, Mistonus sacrif.

Foras repente profluit sacrificulus,
Timeo male est rei. Mist. timere desine,
Bona pars propulsa est numinis seuissimi,
Quod arripit subin viros fortissimos.
Hei. Hau. Mist. caeterum quiescat, edormiscat id
Quod residuum est, in crastinum periculum
Nullum, vltro reliquum prouet. Vos deniq;
Qui adestis huic spectaculo animaduerte,
Haud impio est afflata Genio mulier haec,
Arrepta baccho, bacchidum more haecenus
Bacchara, tandem respiciet: verum moras
Rescindite, haud enim modo, sed crastino
Die intus in penita aede sorbiuncula
Curabitur. Quod accidit nebulonibus
Cras scibitis, nam vterq; deprehensus est,
Plectendus in furta, die sed crastino.
Nos Heino eamus inrè, & ipso numine
Quo vxor tua est afflata in vrbe bacchico
Nostram cutem curemus, istoc prauio
Misso dolore, molliter. Hei. placet, ilicet.

¶ **Grege histrionum.**

Spectastis omnes quam egimus Comœdiam,
 Verum veremur omnibus haud conduxerit.
 Qui non alacrior excolendis moribus
 Probis, bonisq; litteris evaserit,
 Profecto is absq; fruge spectator fuit.
 Cauete proin ne crapula aut temulentia
 Grauemini, haud enim vllus est prudentiæ,
 Vbi regnat ebrietas, locus. Cauete dein
 Ne fraudibus vacetis aut furto, ipsa enim
 Laqueo iugulum adigunt. Valet. Plaudite.

¶ **Finis Alutæ.**

¶ **BVSCIDVCIS**, apud Gerardum
 Hatardum. Anno à partu Vir-
 gineo. M. D. XXXIX
 Mense Februario.

